




1261

24

Rev^do in xpo patri dno

Sanctus Martini de Calvario

Fiat ut petitur

Wenzeslaus

Nemus

Annorum Sanctae et meae



24

Rev^do in xpo p[at]ri d[omi]no

Sancti Martini de Cyfalnaco

~~Fiat ut petitur~~

Wenzeslaus

Reims

Anno



Petrus credo i deum p. o. c. c. et t.
Andreas et i ihm xpm fi. e. v. d. n.
Jacobus q c. e. de ss. n. ex. m. virg
Johes passus sub poncio py. c. m. et se.
Thomas descend ad inf t. d. r. a. m.
Jacobus ascendit ad ce. se. ad dex. d. p. o.
Philippus inde v. e. in v. et mort
Bartholomeus Credo i spm scm
Matheus scam ecclam ca. s. com.
Symon remissi. peccat
Thadeus sive Judas Carnis resur.
Mathias vita eterna post mortem

vn vs

Credo petrus ait et in andreas sup addit
Cum iacobus passus iohan descendit abyssus
Ascendit iacobus philip in bartholomeus
Credo sed i scam matheus peccat symo addit
P carnis iudam nos scit dat mathias vitam

Frigus | 20. b | 11. i. k. l | Fruges cum pereunt | 39. x.
Febris | 21. h.
Fetor | 26. t. | 20. l. m.
~~Fumus | 47. d. | 19. k.~~
Folium | 43. o.
~~Fumus 67. l.~~
~~Funda 61. d.~~
Gaudium sopnum efficit | 38. o. usque v.
~~Gustus divine dulcedinis 31. i. 22. e~~
Gratia 37.
Gutte 12. b | 22. e. 6. | Garrire 33. h.
G. Gummi | 74. h.
Gustus | 31. g. h. i. k. l | 38. m. | 77 o
Galli cantus | 21. b | 63. c. | 18. 6
Gemma quis facit hominem . . . 49. y | 64. v. | 66. t
Galaxia 81. v.
~~Humilitas | 20.~~
~~Honor 39.~~
H. Herbe virentes | 78. c. | 66. v. y.
~~Hortus 41. . . . | 47. d. e. f.~~
Haustus 11. r.

Ieiunium 21 | precepta . . . 39. l.
Ignis | 1. a b. | 7. a. d. g. | 3. l. m. n. o. | n. l. | 10. h. i. | 17. v. | 30. o. p.
I. 34. 8 | 33. i. | 20. d. | 22. b. | 28. g. | 11. x. | 18. a | 80. p.
Incendium | 7. h | 120 29. o. | 11. q.
Imber sive pluvia | g. r. | 14. o. p. | 33. i. k. | 31. f | 41. y | 44. b.
Iris | 43 | 41. n | 66. . . . | 64. n. o. p. | 61. b.
Ieiunium | 21. g. h. i.

~~Lana 20.~~ | Intrigum | 28. | ~~Lacrime 29.~~
Lapis 3. k. | 21. q. | 43. k. | 61. d. | 18. d. e.

L.

Limon | 8 v | 9 y z a b | 11 g | 11 ptom | 13 o p | 17 n r
46 v s t e n ptom
Luna 14 f | 18 ptom | 63 ptom | 64 g h | 64 q |
Locusta | 16 o |
Leuare | 29 n | lignum putrefactum lucet | 80 o |
Lignum vas 25 a | ligni igne usti ignis | 30 n | 41 b
Laterine | 25 e | 38 o | ~~29 ptom~~ | 1 b
Lingua 29 x | 41 l
Liquor ligni 44 d
Litus | 49 c | 60 ptom
Lac facit gemma vitre | 11 h | 14 e x | 14 t | 14 g
Lamina auri et argenti coniunctio imposita et iunctura ut borrace

M.

Membra aliqua cum quis ledit | 33 c | 14 b
Maria virgo | 40 usque 64
Montes sive altitudo | 6 g q | 11 k | 1 o | 8 q | 11 o p | 13 d e
Mare | 11 m | 20 m | 16 y x | 11 b | 29 x | 61 q r | 61 ptom | 11 n
10 l | 17 e z | 26 d | 11 m | 44 v | 41 n
Morbus | 9 d | 14 f | 48 f | 42 q
Mare 18 l | 16 q | Medicina prestantior nulla est | 47 h
Musca | 16 k
Mel 29 q | 44 e
Mors | 29 x | 61 r v
Mortua corpora petunt litus | 49 b | 41 z
Monstra terre adlitus | 49 d | 64 m
Motus terre | 60 g | situs terre | 11 o p q
Mirus sive terre | 66 x
Marescere | 68 g
Medulla | 11 m
Mandragora | 14 e x

Natiuitas | 64

-t.v-

Nubes | 6. g. | 11. n. | 8. q. | 17. x. y. | 13. z. | 18. f. g. | 14. o. p. q. r. | 16. s. t. v.
| 11. p. | 39. y. | 30. a. | 63. z. | 44. b. | 46. f. g. | 110. x. | 111. c. f. |
| 17. i. k. l. | 80. a. | t. d. e. f. g.

N.

Nix | 6. h. | 11. o. | 39. y. | 63. b. |

Nebula | 60. q. | 63. a. | 69. n. | 67. c. | 110. z. |

Nox | 68. d. |

Nigredo | 44. b. |

Nigromantia 49. a.

Naues currunt velocius adlitus | 49. c. d. | Nauigatibus nubes ad aquilone | 79. d.

Nux | 16. p. |

Nucleus | 11. e. |

Nausea | 80. l. |

O.

Ostia humecta 36. z.

Oracio | 67. | Odis aptis . 20. y.

Os oris | 11. v. | Ortum q[uod] causa d[icitu]r | 41 b. c. d. | 47. d. e. f.

Odor rose | 18. x. | 6. 18. |

Oleum | ... | 37. f. | 38. q. | 34. v. y. |

Occeano ignis apparens | 33. i. |

Ossa | 36. b. |

Oua | 43. n. |

Ocisus in deserto accipit cornua | 18. x. y.

P.

Pater potuit plures filios generare 18. f. g. h.

Pulmo non effluit d[e] ... | 69. i.

Palacius ornatis vel pictis decore | 18. y.

Pallidus coloris | 11. e. f.

Passio | 68.

Poma | 6. i. | 80. a. |

Pomum | 36. c. | 47. d. | 11. f.

Pabulum | 34. t. v. | 66. o. q. | 11. t.

Pechus | 17. e.

Pestilencia | 13. c. | 39. z. | 68. h. | 66. v. | 113. v. |

Plumme | 38. o.

Planete siue stelle | 18. y. | 110. v. | 111. e. | 114. d. |

Penne | 34. v. | 66. o.

Pisces | 47. n. | 143. i. | 68. k.

Panis | 76. l.

Pedes | 63. t. | 6. q. q.

Pluuius | 11. o. | 38. p.

Putredo | 17. o. | 80. o.

~~Piclure mali | 18. y.~~

Pauonis penne | 18. z. | 19. i.

Ploratus p[er] gaudia | 69. l.

~~Pecti~~ ... priore regio... | 68. k.

Q. Quies | 67 ptom |

R.
Nos | 4 a b c | 6 d e f | 10 k | 12 k | 19 z | 30 m | 31 v | 33 e |
36 b c | 22 c g | 54 z l m | 40 q r ptom | 44 y | 110 z a |
Rosa | 14 c | 49 t | 40 r
Rubedo | 7 a q | 51 o | 44 c | 68 n | 81 r |
Rana | 43 n | 46 g |
Resurrexio | 40 v |

S.
Sancti | 111 | Salit sursum | 20 e
Stelle | 7 e | 51 n | 26 g | 17 x | 18 y | 40 v | 111 e | 114 d |
Serpens | 7 f | 2 v | 11 k | 13 d | 12 h | 38 a | 19 g | 31 x |
51 o | 53 y | 43 n | 42 r | 116 n nō |
Silex | 2 q | 31 q r | 12 f | 33 t | Gaudium | 39 v | Sanitatis | 37 a
Speculum | 11 m n p q | 17 r | 14 c | 19 d | 48 t | 114 d | 118 z |
Sol et luna | 17 v | 14 n | 16 t | 111 e f | 18 g h i k | 19 g |
26 r | 51 b | 44 y | 64 q | 66 a | 118 y |
Solitudines et valles | 13 b | 51 a | 33 h |
Sol | 19 o p | 20 z a | 18 z | 44 b c | 60 k usque q | 68 z |
110 x y | 118 b |
Spuma | 67 | 19 f |
Sputum | 21 g |
Sophia | 22 f |
Sal | 16 l | 66 t |
nō Sanguis | 16 m | 11 g | 37 y a | 33 e | 61 p | 68 h ptom | 22 x |
Somnus | 19 g | 38 n | 41 a | 60 f | 40 y |
Sensus | 28 e | 111 d |
Serenitas | 19 z |
Syrenes | 62 m |
Strepitus | 31 t | 36 z | 61 p |
nō Sydera thurit ago | 111 e |
Sonus 113 g
Spiritum corporis | 112 b
Sitis 33 f
Saltus | 20 e
Sagitta plubi | 111 t

Incipit liber exemplorum. Et primum quidem de amore
tractat capitulum. Quem ipsi igni non inmerito diu
ninus comparandum ob rationes uarias seu effectus. In
Ptholomeus almagesti. primo. Ignis quidem regionis etheree capitulum ca
nequaquam descendit in orizonta emysperii elementaris mundi. Amoris
diuine nisi rore et lumine mediante. Sic amor celestis gratie
nequaquam defluit in orizonta fidelis anime. nisi in rore contritionis
et penitentie atque in lumine cognitionis diuine. Unde Au
gustinus contra faustum. Amor quippe celestis refrigerii. soli tri
buitur penitenti. atque celestia seu eterna ueraciter cognoscenti a
fontinus. In de descriptionibus mundi. Aque siquidem mundi maio
res atque diffusiores sunt noctis tempore quam in die. Cuius ratio
est. quoniam nox est uehementer frigida et humida. ut asserit Consta
ntinus. Item sol in die aquas exterminat. in nocte uero mi
nime quemadmodum ostendit theofrastus. Sic fontes celestis
amoris et gratie. maiores quidem sunt in nocte tribulatio
nis et penitentie. quam in die felicitatis affluentieque munda
ne. Unde ysidorus. In de summo bono. Semper nimirum
in mente tribulata. diffunduntur uberius amoris diuini re
frigeria seu fluenta. Theophilus. In breuiloquio diuer
sarum artium. Carbo ignitus in manu absque lesione nullatenus
retinetur. nisi manus sit et inde uelociter uentilet. Sic amor b
celicus. nullatenus possidet. nisi mens nostra incessanter
uirtutum motibus agitetur. Unde hugo de sancto uictore
nequaquam dulcedo amoris cristi percipitur. nisi mens omnium
primis uirtute et modestia decoretur. Archita tharentinus
in libro de euentibus in natura. In uasis quidem argenteis
seu aureis. difficilime bullire potest ipsa aqua. Cuius ratio
est. quoniam ut ait commentator super ymeralia Auicenne. multa
humiditas frigiditasque argenti coctionem ignis impedit
et restringit. Sic et in mentibus auro mundane felicitatis
fulgidis. nequaquam bulliet amor sublimitatis que celestis. Unde.

¶ Unde. haymo. sup apocalip. Nu͞qu͞a interius i eo amoris diui
ni lucebit radius. qui mundano nunc fuerit lume illustratus.
mundi et h⁹ diuitijs fortunatus. Galienus In anthodotario ve
teri. Digitus igne lesus. ut quidem sanetur statim igni est
denuo applicandus. Cui⁹ racō ē. Nam ignis exterior. ignem
C interiorē extrahit et educit. ut ostendit Galienus. Sic mens
nostra. igne lesa praue cupiē. igni applicetur sancta. amo
ris atque karitatis eterne ¶ Unde. Ieron⁹. In epl͞a ad paulā
et Eustochiū. Ignis quidem tam praue cupiē quam iehenne.
diuino solum extinguendus credit̄ i amore. Constantinus. In
tractatu. De naturis. liquidorum. Ebur decoctū vino forti. mol
le atque flexibile efficit̄ velud cera. cera. Cui⁹ racō ē. Nam
ebur ex natura liquorem sibi quemque nobilem intrahit
et inbibit. ut refert fontin⁹ In descripcōibus vniuersi. Sic
D ebur pectoris puritatis. vino decoctum mellifue karitatis
flexibilioris extunc oīo efficit̄ pietatis ¶ Unde Remigius
sup. luca. Quanto etenim xp̄c nunc igne i nobis estuauerit
karitatis. tanto reuera maioris erga nos cernit̄ pieta
tis. Philaretus In tractatu. De crisi. Cumque oculus noster
ictu aliquo aut plaga impetitur. confestim inde ignis elici
estimatur. Cui⁹ ro tangetur infra. capitlo de penitencia. Sic
dum oculus mentis nr̄e. ictu tundit̄ contricōis et penitencie.
ignis mox inde resultat amoris atque karitatis diuine
¶ Unde. Ambros⁹. In li⁹ de virginitate. Ut quidē ignē i no
bis amoris pectoris accendam⁹. mentem necesse ē nr̄am ictib⁹
E penitencie contundam⁹. Albabici⁹ In theorica planetarum. Qui
in profunda fouea aut in fonte collocatus fuerit. stellas
in die clare limpideque videbit. Cui⁹ racō tangetur infra
In capitlo de visione. Sic qui in fonte amoris pectoris pro
fundat̄. celestia et diuina clari⁹ atque limpidi⁹ contemplatur.
¶ Unde Dionisius. In li⁹ de celesti. Ierarchia. Profundari

necesse est mentem in fontibus saluatoris · in fluminibusque amoris ·
ut lux nobis ingrediat eterni luminis et candoris · ysidorus In
historiis naturalibus In estu vehementi · pisces sursum saliunt extra
aquam · Sic et mentes humane · in estu quidem amoris et kari
tatis diuine · sursum saliunt de aquis presentis miserie · in
altum beatitudinis sempiterne ¶ Unde Richardus de sancto victore · mens ·F·
quidem nostra diuino estuans in amore · ab omni huius miserie elon
gatur et tollitur regione · altitudinem assistendo beatitudinis sempiterne
Solinus In libro rerum · Serpens transiens fluuium · sicut prius ef
fundit euomitque venenum · Cuius ratio est propter venenum serpen
tis esse frigidum · ut asserit Galienus · Sed et aqua magis est fri
gida quam humida · ut recitat constantinus · Duplex igitur frigus
serpens ferre non potest · Sic mens nostra · illam dei transiens
fontaneam karitatem · omne mox ante reiciat sceleris praui
tatem ¶ Unde Cassianus In libro collationum sanctorum patrum · Antequam ·G·
enim homo in amoris dei dulcedine iocundetur · ab omni prius neces
se est macula expietur · fontinus · In descripcionibus vniversi ·
Cuiusque quis ad mortem plectendus ducit · anime sibi lineo
ignee de oculis egredi estimatur · Cuius ratio est propter mortis in
tempore · totus humor capitis · ad cordis defluit regionem ·
quietam igitur siccitatem capitis · ignem multum facit calere · per vi
sus organa estuare · ut ostendit Theofrastus de parte
Sensitiua · Sic et nos cum in morte cotidie traducimur · saltem
ad hunc in amore celestium accedamus ¶ Unde Rabanus In omelia
En more adest foribus · ultima adhuc humanus animus ·
amore stareret celestium inflammatus · Require ad capitulum de
karitate · Archita Tharentinus In libro de euentibus In statua · Incen ·H·
dio grandi facto · rubescat perpendiculariter totum celum · Sic in
cendio facto · in dei dulcissimo felicissimoque amore · mox tota
rubescit regio celestis curie · pro inestimabili tamen gaudio et
dulcore ¶ Unde Dionisius · In de diuinis nominibus · Capitulo 28 ·
Cumque et nos in dei amore accendimur · mox tota celestis

curia. rubore erga nos specialis gaudii illustratur. Avicenna. In libro
suorum. mineralium. In quotumque loco nocturno tempore flamma erum
perit super terram. ibi thesaurus latitare demonstratur copiosus. Cuius
ratio est. quoniam ubi multa auri argentique materia fuerit. ibi
i. et multum de sulphure efflammescit. eo quod omnia metallorum gene
ra ex sulphure generentur. ut ostendit philosophus. In 2° methaurorum.
Sic et in quacumque mente flamma divini amoris ascenderit.
ibi thesaurus fore vite perpetue innotescit. ¶ Unde Eusebius
In Sermone. Semper enim ubi amor nunc celestis est gratie. ibi
et thesaurus felicitatis eterne. Fontinus In Descriptionibus universi.
Lapis cadens in aquam. quattuor in ea effectus efficit et relinquit.
Statim spumam gignit. strepitum efficit. aquam sursum salire fa
cit. circulumque describit. Sic mens. aquis adiciens amoris
atque dilectionis divine. mox spumam gignit devotionis anime. stre
k. pitum efficit laudis interne. saltum in sursum facit iubilatio
nis intime. circulumque describit felicitatis eterne. Et ubi supra.
Postquam igitur in generali descripsimus amorem cristi
nunc vero consequenter comparabimus ipsum fulmini.
ob effectus plurimos fulminis. atque actiua et naturalia
conmentator Super 3m methaurorum. Ignis fulminis seu tonitrui.
solo igne extinguntur corporali. Cuius signum est quoniam dum corpora
igne inflammata fulminis. nulla virtute extingui possunt. mox
tamen ignis noster materialis adducitur. igne ille protinus suffoca
tur. Cuius ratio tangetur infra capitulo De trinitate. Sic ignis
l. amoris perpetui. solo amore in nobis extinguitur corporali.
Unde ysidorus. In De Summo Bono. Amor quidem celestium
solo amore extinguitur terrenorum. Constantinus In tractatu De
Naturis Liquidorum. Ignis quippe. cum sibi est veneno naturaliter
inimicus. Cuius signum est. quoniam dum veneni igni intromissum
fuerit. repulsum mox inde resilit et recedit. Cuius causam
clausa tangetur infra De visione. Sic ignis dei beatissime Ka

ritatis ueneno inimicus est cunctis prauitatis ¶ Unde Cipria
nus martir. In li° de xij abusionibus seculi. Nil hostilius amori
celestium quam sit deformitas prauorum. Themistius in summa natura
lium. Ignis circa aquam sincerius exardescit. Cuius ratio
est quia frigiditas humiditas quoque aque humectant aliqualiter M
et infrigidant aeris qualitates. Aere autem humefacto aggrega
tur et fortificatur naturaliter ipse ignis. ut recitat ptolomeus
Sic et amor qui ex deo prouenit circa aquas inundationis tribula
tionis sincerius exardescit ¶ unde Boecius in Epistola ad Re
ginam virginem. Amor diuinus qui spiritu sancto committitur
aquis lacrimarum nullatenus inflammatur. Alexander super 3 methaurorum
Ignis ex sui natura corpora alleuiat uniuersa. Cuius signum est
quia ferrum ignitum leuius quam si esset frigidum. signanter atque
notabiliter innititur. ut recitat theofrastus. Sic amor feli
cissime deitatis omnem molem cuiuscumque alleuiat grauitatis N
¶ Unde Bernardus in li° de consideratione ad papam Eugenium.
Nil tam graue sentitur quod non alleuiet amor cristi. Auerrois co
mentator super 2° posteriorum. Ubi ignis ibi et fumus. Sed non ubi
fumus ibi ignis. Fumus enim fumum habet. minime uero ignem
Sic ubi amor estuauerit celestis gratie. ibi necessario est et fu
mus deuotionis interne ¶ Unde Hugo de sancto victore. Quem amor
cristi semel inebriat. eius profecto deuotionem estuantem deside
rat numquam inflammat Plinius in Speculo naturali. Ignis pulchrius
ardet et lucet. noctis tempore quam in die. Cuius ratio est. quia lux
diurna ignem disgregat et dispergit. tenebre uero ipsum O
adiuuant fortiter atque constringunt. ut recitat Auicenna. Sic amor
celestis gratie. magis lucet in nocte tribulationis et penitencie. quam
in die felicitatis affluenceque mundane ¶ Unde Gregorius in moralibus
magis ignem amor tribuit tribulatio. quam cunctis fortunatis
Postquam igitur amorem diuinum comparauimus fulmini.
nunc consequenter comparabimus ipsum dulcedini.
ab qualitates naturas ipsius dulcedinis seu naturales

Aristotiles. In libro problematum. Que vehementer sunt dulcia. gustui
amara aliqualiter estimantur. Cuius racio est. quia quod excellenter dul
ce fuerit. obstupescere facit ipsum gustum. ut refert theofrastus
in de parte sensitiva. Cuius causa signum est. quia balsamum. quod
quidem secundum constantinum. inter cunctos liquores dulcissimum demon
stratur. amarum tamen pre nimia sui dulcedine aliqualiter estimatur.
P. Sic inestimabilis illa iocunditas amoris xpisti. pre nimia quidem
dulcedine sui gaudii. amara videtur et insipida anime peccatrici
¶ Unde. Crisostomus super matheum. Quanto dulcior amor cristi
fuerit. tanto peccatoribus amarior apparebit. Constantinus. In tractatu
de naturis liquidorum. Post cibum amarum. potus vehemencius vi
detur quod dulcescit. Cuius signum est. quia ut ait Avicenna ideo cum
salsa et aromatica comedimus. ut potum dulcius degustemus. Sic et
post cibum amarum penitencie. potus nobis dulcior amoris
atque karitatis eterne ¶ Unde Haymo. super apocalipsim. Quanto
penitencia amarior peccatoris. tanto gustus suavior divini re
Q. frigerii et amoris. Recurre ad capitulum de karitate. Theophilus. In
Breviloquio. Divinarum. Arcium. Qui silicem ore tenet dum bibit.
potus sibi dulcior apparebit. Cuius racio tangetur infra. capitulo
de cristo. Sic qui cristum incessanter ore receperit. amoris
profecto gaudia plenius degustabit Recurre ad capitulum de
dilectione ¶ Unde. Anselmus in Sermone. Qui cristum digne
ore mentis recepit. gaudia illa amoris. que nulla racio. nul
laque lingua exprimere potest. tam in presenti quam in futuro eter
naliter degustabit. Iohannicius. In libro de Regimine. sanitatis.
R. pedes infrigidati. aut frigore mortui. non aque calide. sed fri
gide immerguntur. Cuius racio est. quia sicut calor calidum. sic fri
gus frigidum extrahit a natura. ut ostendit Avicenna. In vi°
medicinalium. libro Sic et affectiones anime. peccato quidem mortue. non
frigori calori prave cupiscencie. sed frigori mitigant amoris atque
karitatis divine ¶ Unde Ambrosius. In libro pastoralium. Affectiones inique

nostre . primo corrupte desiderijs . frigore reformetur diuini sola
cij et amoris . plinius . In speculo naturali . Flos quidem omnis natat
super aquam . inmergitur autem vino forti . Cuius racio est quia vi
num florem penetrat et non aqua . Quamobrem flos . penetra
te se vino . aliquatenus ingrauatur . Quemadmodum videmus in panno . qui S
dum aqua penetrante humectatus fuerit . fundum protinus ipse
petit . ut refert Eucenus . Sic et mentes humane . non aquis
mundane felicitatis et affluencie . sed vino inmergantur amoris
atque karitatis diuine ¶ vnde . Aug. In Soliloquijs . Maledictus
omnis ille humanus est animus . qui potius fuerit mundi huius vani
tatibus . quam diuinis iocunditatibus gaudijsque inmersus .
Postquam igitur amorem diuinum comparauimus . ob uari
os suauitatis / dulcedinisque effectus . nunc consequenter
fonti est conuenientissime comparandus ut patebit .
Auicenna . In libro De quatuor . diluuijs . omnis fons existat dul T
cior . noctis tempore quam in die . Cuius racio est . Quia nox fontes
effundit . dies vero fontes absorbet aliquatenus et inpellit . ut
ostendit Alexander . super 2m methaurorum . In effusione autem
sui . fontes sunt dulciores eo quod et recentiores . ut probat
constantinus . Sic reuera nobis fons dulcior est amoris in noc
te tribulacionis . quam in die mundani luminis seu candoris ¶ vnde
Origenes . In libro De situ . terrarum . Magis quidem in tristicia
quam leticia huius vite . fontes dulcescunt amoris atque karitatis
diuine . ysidorus . In historijs naturalibus . Serpens fonti inmer
sus . venenum omne perdit . Cuius ratio habita est supra . Sic pec V
cator fonti inmersus amoris atque karitatis diuine . venenum
mox a se iacit amaritudinis sempiterne ¶ vnde Aug. De ci
uitate dei . Qui semel gustauit diuinum mellifluumque amorem . om
nem mox a se repellit mundi huius molestiam et dolorem
philaretus . In tractatu . De signis . morborum fons . mane
et ieiune bibitur . ut estus calere seu febrium extinguatur .

Sic et nos amorem imbibamus celestis gratie. ut estus in nobis
extinguatur incendiumque iehenne. Unde Ieronimus ad Nepocianum
Aut enim nunc diuino accenderis in amore. aut postea accen
deris supplicio et dolore. Fontinus In. Descripcionibus. uniuersi.
Quanto magis fons aliquis exhaurit. tanto fieri dulcior co
X probatur. Cuius racio est. quia dum hauritur aqua. fons ipse ali
qualiter renouatur. in quantum aqua recens succedit ei que ex
tracta fuerit. ut asserit constantinus. Sic quanto et nos ma
gis diuinum haurimus bibimusque amorem. tanto persentimus eius
gustatimus soliditatem et dulcorem. Unde. Augustinus. In. Encheridion.
Amoris suauitas non percipitur. nisi sepe et frequenter mens in eius
degustet. Alexander super 2m metheororum. Fons nouus nequaquam
oritur. nisi fons aliquis alius in minimo desiccetur. Sic nequaquam
fons nobis diuine oritur karitatis. nisi fons ipse prius de
Y siccatus fuerit illicite uoluptatis. Unde Remigius super Io
hannem. Desiccetur fons libidinis. ut fons nobis pateat ka
ritatis. Constantinus In. Tractatu. De. Naturis Liquidorum. Fons
quilibet omnis. in nocte est uberior atque diffusior quam in die. Cuius
racio habita est supra. Sic amor diuinus copiosior est in noc
te tribulacionis et penitencie. quam in die felicitatis affluen
cieque mundane. Unde Strabus super Gen. ad litteram. Solus
quidem dolor et tristicia huius uite. dignus est amoris cristi
solacio et dulcore. Archyta. Tharentinus. In. libro. De. Euenti
bus. In natura. Resplendente aeri uideque celesti. exsiccantur
naturaliter ipsi fontes. Cuius racio tangetur infra. capitulo De ui
sione beata. Sic refulgente nobis lumine mundane felicita
Z cie et affluencie. exsiccatur protinus fons amoris et karitatis
diuine. Unde Cassianus. In. libro collacionum sanctorum patrum. In
lumine magnum mundanum transitoriique candoris. Fons ipse in
nobis diuine extinguitur karitatis. Auicenna. In. libro. suorum. Mi
neralium. Fons aureum fundum habens. in estate lucet iugiter
tota nocte. Cuius causa tacta est supra. Sic et amor aureus
atque ydonea inueniens corda hominum. radiat ipsis sine intus

mittit lumen sempiternum ¶ Unde Fulgencius in li° mithologiarum
Amor quippe diuinus. corda urens aurora et fulgida. Fluencia
mox superaddit ac refrigeria sempiterna. Hinc usque fonti comparat.
Postquam igitur amorem cristi comparauimus fonti. Sic
consequenter comparabimus ipsum rori. ob roris ef
fectus plurimos. ob utrum quoque accidencia et naturas A.
Alexander. Super 3m methaurorum. Cumque ros descenderit. die illo
serenitas presto erit. Cuius racio est. quia ex purgato aere. serenitas co
mitatur. ut refert auicenna. Per descensum autem roris. ipsius
aeris regio expurgatur. ut ostendit philosophus. in 3° ubi supra. Sic et
diuinum ros nobis diuinum amoris transmittit. serenitas mox
vite pacis comitatur ¶ Unde haymo. super. actus apostolorum. Ta
lis inquit ordo et gradus nostre salutis credit. ut primus quidem
nobis amor celestium tribuatur. ut ex hoc ipso nostra nobis pre
tura sequatur. Comentator in libro de impressionibus aeris. Qui
Ros quidem extinguit naturaliter ipsum ignem. Cuius signum est B.
quia qui ueste rore humida indutus fuerit. nullatenus sibi
die illo a tonitruo fulminequez timebit. ut refert fontinus. In
descripcionibus. mundi. Sic amor dileccioque celestis. omnem
extinguit metum incendii infernalis ¶ Unde Richardus de sancto
victore. Magis quidem quam mare scintillam minimam. ipse ardor
penam extinguit atque miseriam uniuersam. Algazel. In li°
De forma. Speculi. Proprium est roris et pruine. in nocte des
cendere. non in die. Cuius racio est. quia ut ait alfarabius. ma
teriam roris. sol in die exterminat non in nocte. Sic et C.
proprium est amoris atque karitatis diuine. in nocte nobis
descendere tribulacionis et angustie. non autem in die affluencie
huiusmodi ¶ Unde fortunatus. in comento. Amor itaque diuinus
solis datur afflictis mentibus. non autem hiis. quos oblecta
uerit iste mundus. Theophilus. In Breuiloquio diuitiarum
Aurum. In uase rore pleno. rosa toto anno recens et florida est

seruatur. Cuius causa tangetur infra. capitulo De maria. Sic mens
plena dei dulcissimo felicissimoque amore. ab omni conseruatur immu
nis molestia et dolore. ¶ Unde Cassiodorus. In historia triper
tita. Qui amorem dei intra se possidet. nullum umquam vel mini
D. mum mentis corporisque incurret. Philaretus. In tractatu
De crisi. Qui mane biberit ipsum rorem. omnem in se febris
estum exterminat seu calorem. Sic qui fluenta mentis amoris
diuini gustauerit. omnem in se estum mundanorum eternaliter suf
focabit. ¶ Unde Augustinus. In libro Soliloquiorum. Qui amorem
mentis dei biberit in presenti. omnem extinguet estum cuiuscumque sup
plicii aut tormenti. Constantinus. In tractatu. De naturis liqui
dorum. Ros infusus recenti. idest recenter facto vulneri. ipsum neque
sinit sanguinem emanare. Cuius ratio est. quia ros natura est
ob sui frigiditatem claudere et constringere ipsos poros. atque venarum
aditus seu meatus. ut refert Galienus. Sic amor infusus
E. cordi hominis. omnem restringit fluxum cuiuslibet prauitatis ¶
Unde Hilarius super matheum. In fluente celesti amore et gratia.
is nequaquam homo defluere poterit ad peccata. Fontinus. In De
scriptoribus vniuersi. corpora mortua. rore nullatenus madefi
unt. Cuius ratio est. quia quedam exalatio sicca corrupta et pu
trida. exiliens de corporibus mortuis. exsiccat aliqualiter ipsum
rorem. ut ostendit philosophus. In problematibus. Sic corda hominum
peccato quidem mortua. nequaquam diuino sunt amore et gratia per
fundenda ¶ Unde Cassianus. In libro collationum patrum primo. Amo
F. rem siquidem dei. non ipse mortuus. sed solus gustat et percipit
qui et viuus. Ptholomeus. Almagesti. primo. Tota celestis influentia.
in rore defluit et descendit. Sic tota virtus celestis gratie so
lo nobis tribuitur in amore ¶ Unde Ambrosius. In libro De vir
ginitate. Omne quod nobis diuinum datur muneris. in rore
nobis defluit celestis gaudii et amoris. Cetera De amore
Requiratur. In capitulo. De karitate. Item In capitulo De dilectione.

Alpharabius. In li° De differencia regionum. In alta Capitulum
quippe regione dum sanum sumus. sed cum infir De altitudine
mamur. cicius morimur. Cuius racio est. quoniam ut ait philosophus in pro
blematibus sicut subtilitas aeris qui in alta est regione. subtilem
et acutam facit sanitatem. sic eciam acutam infirmitatem efficit et
languorem. Sic et nos in altitudine huius seculi. dum quieti sumus , G,
et prosperi. sed omnibus cicius atque periculosius morimur. Unde Ieronimus
contra Iovinianum. Quanto autem unus altius tollitur. tanto utique
cicius atque timorosius moritur. Cometator. In li° De impressionibus
aeris. Alte nubes. igne semper fulminis validius inflamantur.
Cuius racio est. quoniam alte nubes. frigide existunt valde. ut ostendit
Alexander super 3m methaura. In frigidis autem nubibus. ob sin
pterium. inflamatur vehemencius ipse ignis. ut probat philosophus
ubi supra. Sic et maiores huius seculi. igne semper accenduntur
eterno supplicii sempiterni. Unde Haymo. super Apocalipsim.
Quanto quis maioris nunc fuerit dignitatis. tanto ipsum ista
inibit ignis supplicii infernalis. Recurre ad capitulum De honore h
Nestorius. In li° De occeani circulo. Nix quidem in altis mon
tibus non liquescit. Cuius racio est. quoniam altus aer subtilis est
valde. ut ostendit Themistius. In summa naturalium entium. Sub
tilis autem est frigidus vehementer. ut ostendit Theofrastus. In
De parte sensitiva. Sic nix celestis refrigerii. numquam li
quescit in altitudine huius mundi. Unde Fulgencius. In quarto mytho
logiarum. Numquam meteorum virtus celestis influencie. altitudinem
proveniet huius vite. Recurre. De sublimitate. Cometator Averois.
super librum. De plantis. Aristotelis. Maiora poma arborum. mino
ra semper ceteris sunt. cicius quoque cadunt. Cuius racio est. quoniam altos I
ramos. attingit fatalius calor solis. humore in ipsis magis ci
cius quam desiccans. ut refert. Plinius. In Speculo naturali. Sic et
maiores homines huius vite. minores et viliores sunt in oculis pie
tatis divine. cicius quoque in ymis mortis recidunt sempiter
ne. Unde Eusebius In sermone. Maiores hominum. minores

quidem sunt. quantum ad celeste premium. et mortis actus readent in abis-
sum. Plinius. In speculo naturali. Altus volatus avium. pestilen-
ciam adesse indicat illo anno. Cuius racio est. Nam ut refert
ypocras. In Euthymijs. Aues quodam naturali instinctu. corrup-
K. cionem sentiunt prius ceteris. Quam quidem corrupcionem. dum in-
timent fugere. in altas regiones aeris se appetunt eleuare. Sic
et altitudo presens hominum. eternorum sibi adesse indicat pestile-
nciam tormentorum. Unde. haymo. super. apocalipsim. presens itaque
altitudo hominis. signum atque presagium est perpetue miserie et doloris
Aristotiles. In libro. De. Regimine. principum. ad Alexandrum. Nul-
la tucior habitacio. humane magis conueniens congruensque salu-
ti. quam non in montibus sed sub montibus commorari. Sic nulla
tucior uita hominis. quam non morari in monte mundani culminis
seu honoris. sed ad yma confugere penitencie et doloris. Unde
L. Seneca. In epistola. ad Neronem. Nullus tucius in hac uita. quam altitudi-
nem fugere huius seculi. et humilitati iugiter inclinari
Solinus Solinus. In libro. Rerum. Serpens alto gradiens capite
ceteris est serpentibus venenosior invisis. Sic et homo. quanto
altior fuerit. tanto venenosior ceteris. in diuinis oculis
apparebit. Unde. hilarius super. matheum. Quanto unusquisque al-
cior. in honore. tanto post hoc profundior in dolore. Alkabicius In
theorica. planetarum. Ignis celestis. semper descendit. ignis vero
noster. semper sursum tendit. Quemadmodum videmus in fulmine.
Cuius ignis. non sursum. sed deorsum semper fertur. ut reci-
tat commentator super. 2m. methaurorum. Sic amor celestis. humi-
litatem a nobis semper exigit. Amor vero illicitus et mundanus
M. altitudinem semper petit. Archita. Tharentinus. In libro. De e-
uentibus. In natura. Manus elevate. proximus expallescunt.
atque pallorem contrahunt aliqualem. Cuius racio est. Nam dum ma-
nus in altum eleuata fuerit. sanguis totus qui in manibus fuit.
ad ima corporis defluit et descendit. Quo recedente. manus
aliqualiter expallescunt. ut ostendit auenzoar. ubi supra. Sic et

mentes humane. in altitudinem mundani culminis elevate. pal
lorem mor contrahunt penalitatis atque caliginis sempiterne
¶ unde Damascenus. In libro contra Errores Grecorum. In diuici
arum etenim mox altitudine mundanarum. mens ipsa caligine in
uoluitur tenebrarum. Compilator. In libro. De impressionibus aeris
Alte quippe nubes. pluuiam non emittunt. cuius ratio est. quoniam al
te nubes. frigide sunt uehementer. ut ostendit Allexander
super quartum methaurorum. Nubes autem frigide. sunt penitus indiges
te. ut probat philosophus ubi supra. Quamobrem pluuie alte nubes mi
nime quidem possunt. Sic et alti in huius seculi dignitate.
numquam ymbrem emittunt penitentie deo grate. unde Damas
cenus. ubi supra. In Sermone. Vix autem numquam penitenciam dignam fa
ciunt. qui mundi huius altitudinem ascenderunt. Require de superbia
Plinius. In Speculo. naturali. Alta maris litora. dracones in
habitant ut frequenter. atque monstra belueque marine. Sic et al
tos in hoc mundo homines. dracones ac belue inhabitant
infernales ¶ unde Leo. papa. In Sermone. Altitudo siquidem
mundanorum. latibulum est principum inferorum. Centobius. In libro.
De Giro orbis. In alta regione aeris. nulla umquam reperitur
uita. Circa quod aduertendum. quod plato quedam esse animalia dixit
in altis regionibus aeris. per que demones intellexit. qui
adhuc secundum Augustinum De Ciuitate dei creduntur esse in aere.
qui et tonitrua faciunt. ut opinabatur origenes. Loquendo
tamen de uita corporali. dicendum plane quod nullum uiuit ani
malium in suprema aeris regione. Sic et in altitudine que nunc
in hoc mundo queritur. nulla umquam uita celestis gratie inueni
tur ¶ unde Gratianus. In Summa. Iuris. Nulla uita anime.
in alta mundi huius cernitur dignitate. Alzabitius. In theo
rica planetarum. In superiori interstitio aeris. est sempiter
num frigus et sempiterna nebula. cuius declaratio pate
bit infra. Sic et in altitudine temporanee dignitatis.
frigus inuenitur perpetuum atque extinctio karitatis. nebula.

quoque pertinent civitatis. ¶ Unde Cassianus. In libro. collationum sanctorum
patrum. In eo enim qui altius steterit in hoc seculo. dei amor suf
focatur dilectio. et insurgit eterna tenebra seu caligo. Fontinus
In descriptionibus mundi. Quantumcumque alta sit nubes aliqua
Q. tamen a remotis videtur attingere ipsam terram. In circulo
videlicet orizontis. Sic quantumcumque alta nunc sit dignitas
huius vite. finaliter tamen terram attinget miserie sempi
terne ¶ Unde. Eusebius. In sermone. Mundana quidem nunc
altitudo celum videtur attingere. subito tamen yma atti
get mortis eterne. Theophilus. In breviloquio diversarum ar
tium. Adhoc igitur ut altius saliamus. genua aliqualiter in
curvamus. Sic ut altius ascendamus celestia. nostra sunt terre hu
militer genua inclinanda ¶ Unde. Celestinus papa. In sermone.
Ut et nos facilius possimus in altitudinem celestium elevari.
R. summopere necesse est primum nos humiliter inclinari. Hic usque de al
titudine mundane glorie hec dicta sufficiant. Tercia de honore.

Aristoteles. In libro problematum. Sumus quidem semper. Capitulum
tempore imbris et pluvie magis tristes. Cuius ratio De affluentia
est propter pluvialem frigiditatem et in valida commotione in corporibus
vivis. ut asserit Constantinus. Sic et nos tempore mundane feli
citatis et affluentie. maiori semper decet tristari mesticia et
dolore ¶ Unde. Cassiodorus. super psalmos. Quanto quis in afflu
entia huius seculi prosperatur. tanto necesse est maiori dolore et
tristicia allidatur. ysidorus. In historiis Naturalibus. Ex herbarum
S. dulcedine et radicum. sunt serpentes sugunt contrahuntque vene
num. Sic et peiores homines. ex dulcedine quidem mundane fe
licitatis et affluentie. venenum sibi contrahunt amaritudinis
sempiterne ¶ Unde. Crisostomus. super Matheum. Dulcedo in qua
affluentie temporalis. amaritudinem gignet supplicii infernalis. Re
currere ad capitulum De felicitate. Tercia De affluentia. Requi
ratur. In capitulo De felicitate et de operibus philosophi. In pro
blematibus. In vasis aureis seu argenteis. difficilime bullire po

terit ipsa aqua. Cuius causam racio tacta est supra. Sic et in menti
bus humanis mundane felicitate et affluencia fulgidis. neque
bullire potest aqua felicitatis beatitudinisque celestis ¶ Unde Hugo
de sancto victore. Nulla ibi umquam vera felicitas. ubi mundi fuerit
huius affluencia seu voluptas. Nestorius in libro de occeani
circulo. Tranquillitatem multam maris. tempestas et quassacio T
valida comitatur. Cuius racio est. Nam cum tranquillum est mare
aqua maior multum sibi aerem attrahit et imbibit. ut osten
dit philosophus in 3o methaurorum. Multus autem aer inclusus in
visceribus marinis. suscitat tempestates. ut probat pandulfus
In libro de meatibus aque. Sic et multam tranquillitatem pros
peritatis affluenciaeque mundane. tempestas penalitatis sequitur
sempiterne ¶ Unde Haymo super apocalipsim. Nullus animus firma
mundane felicitatis et affluencie. quam inquietudo pariter et
tempestas miserie sempiterne. Aristoteles. In libro problematum. Y
Cumque stamus in lumine. nequaquam videmus quid non agatur
in tenebris. Stantes vero in tenebris. cernimus quid in lumine
accidat aut contigat. Sic et nos stantes in lumine mundane
affluentie. non agnoscimus quid non penalitatis sit in tenebris
caliginis sempiterne. Cum autem ad tenebras mortis devenerimus
mox quid periculi in lumine mundane affluentie latuerit aspicimus et
videmus ¶ Unde Origenes. In libro de ritu gentium. Om
nia bona omnibus affluunt in hoc seculo. nesciunt quod non mali la
teat in futuro. Constantinus. In tractatu de pocionibus. liquidorum
venenum quidem primum gustum dulcescit. et subito post hoc languorem
concludit. atque vehementissime amarescit. Sic et venenosa afflu
encia huius seculi. nimium nunc in presenti dulcescit seculo. subito et X
amarescet eternaliter in futuro ¶ Unde Maximus episcopus. In omelia
Quanto nunc mundi huius affluencia dulcior fuerit. tanto in futuro
amarior apparebit. Mesue. Johannes. In prima particula. Civitates circa
aquas site. multos morbos corporibus inferunt et legres. Cuius
racio est. Nam civitates huiusmodi per aquarum exalacionem valida

seu vaporem. morbum sibi attrahunt aliqualem. ut ostendit phi
laretus in tractatu de naturis morborum. Sic et mentes hu
mane circa aquas mundane affluentie. morbum sibi attrahunt
defectuositatis eterne ¶ unde Richardus de sancto victore. Ex affluen
tia quippe. quam nunc humana fragilitas expetit. morbum sibi
nunc trahit. tandemque mortem accipiet penalitatis eterne.
Consequenter igitur postquam in generali descripsimus
mundi huius affluentiam. nunc autem ipsam. can
dori seu lumini duximus comparandam. ut patebit.
Aristotiles in libro problematum. In lumine distrahuntur sensus. tactus
visus videlicet et auditus. Cuius signum est. nam ceci. certius tangunt
et audiunt quam videntes. ut ostendit theofrastus. in de parte
sensitiva. Sic et mentes humane. in lumine quidem mundane afflu
entie. ad vanitates distrahuntur innumeras huius vite ¶ unde Ful
gentius in 2o mythologiarum libro. Mens illa se ipsam perdit. que
affluentiam mundanorum expetit et inquirit. Certe de venustate
et de splendore. Plinius. In speculo naturali. Lumen candele extinc
tum. fetorem efficit vehementem. Nam eius fetor fetum in ma
terno utero perimit et occidit. ut refert Solinus. Sic et
postquam extincta fuerit affluentia huius vite. fetorem sustinebit
protinus miserie sempiterne ¶ unde haymo. super apocalipsim.
Postquam igitur extincta in nobis per mortem fuerit affluentia
mundanorum. fetor mox et pena affluent inferorum. Themistius in
Summa naturalium etc. Lumen quidem omne. alto superveniente
lumine aliqualiter obumbratur. Quemadmodum refert Fontinus. quod
lumen lunaris corporis. lumine obumbratur solis. Sic lumine ce
lestis amoris et gratie. lumine obumbratur felicitatis affluen
tieque mundane ¶ unde Dionisius in libro de divinis nominibus. Lumen
quidem celestium gaudiorum. sola extinguit affluentias mundanorum
Aristeus. in libro de dimensionibus terre. Lumen exsiccat natu
raliter corpora humida. Sic lumen mundane affluentie. omnem
humorem extinguit celestis gratie. dilectionisque divine ¶ unde

Remigius sup(er) Iohannem. Omne(m) in nobis humore(m) celestis gracie
ipsa desiccat affluencia hui(us) vite. Galien(us). In Anthodictario. Re
cari. Infirmis quidem lagenis corporibus. nil periculosius e(st) q(uam)
lumen. Cui(us) signum e(st). q(ui)a ypocras In Epidymia. fenestras
claudi precipit sup(er) languidos et infirmos. Cui(us) eciam causa exige
tur infra. Capitulo de lumine. Sic nil periculosius languenti. sic B
cum ipsa sit affluencia h(uius) vite. ¶ Unde. Orosius sup(er). Canti
gancias quidem et corporis parit naufragium. ipsa affluencia
mundanorum. Themistius. In Summa naturalium. Enarr. Lumen ex
sui natura. sursum leuat pulueres. athomosque solares. Cuius
signum e(st). quia athomi solares non ascendunt in tenebris sed in luce.
ut ostendit Alfarabius. Cuius racio e(st). quia tenebra quidem e(st) hu
mida. lumen vero siccum. ut probat Auerrois. sup(er) 2m de naturis. pul
uis aut(em) non ascendit in humido sed in sicco. ut ait Euen(us). Sic et
mundana affluencia. corda in superbiam tollit erigitque humi
na. ¶ Unde Salustius. In Iugurtino. Dampnabilis illa atque C
execrabilis affluencia hui(us) vite. oi plena mit e(st) superbia
et timore. tandem quoque eterno supplicio et horrore: hucusque lux

Postquam igitur affluenciam huius vite comparauimus
lumini. nunc consequenter ipsam aque. ob multas ra
ciones et effectus decreuimus comparare. ¶
Aristoteles. In libro problematum. Aqua stans longo tempore in quiete
magis corrumpitur et putrescit. Cui(us) racio e(st). quia aqua stans intra
se exalaciones retinet uaporosas et densas. que sunt putrefacti
onis principium effectiuum. ut asserit Constantinus. Sic affluencia
temporalis. mortem longam faciens aut stans in mente hominis. D
putrefaccionem tandem faciet simplicem in finalis ¶ Unde Hugo
de sancto victore. Velud iumenta in stercoribus. humanus computres
cit animus. mundi hui(us) affluencie fortunatus. Recurrat ad
capitulum. de cupiditate. Iohannes. In Summa de Regimine
Sanitatis. Qui in litore diu circa aquas ambulat. morbum
contrahit capitis. ex humoribus uaporibusque aquarum. Sic

qui circa affluenciam graditur huius seculi. morbum sibi inde con
trahit simplicem sempiternum ¶ Unde aug(ustinus). in li(bro). octoginta trium
questionum. Egrotare necesse hominem tam mente quam corpore.
qui felicitati in mari atque affluencie huius vite. Comestor. In lib(ro).
E. De impressionibus aeris. Nichil est quod adeo inflamet fulmine in
nubibus. sicut aqua. Cuius etiam signum est. Nam corpora igne
accensa fulmine. ab aqua extingui non possunt. Sed vehemencius
inardescunt. Extinguntur autem ipsa solummodo iure ignis. Et huius
racio tangetur infra. capitulo De vindicta. Sic nichil tantum
inflammat ignem vindicte iracundieque divine. quam felicitas
et affluencia huius vite ¶ Unde. haymo. super apocalipsim. Affluencia
quidem huius vite. totum obumbrat hominem. totam obnubilat racio
nem. Sed et offendit omnium creatorem. Avicenna. in li(bro) suo. de mi
neralium. Nunquam in eternum aqua desiccari poterit. quin semper fex re
F. maneat sine luto. Reliquie enim aquarum. lutum faciunt. ut oste
dit theofrastus. Sic nequaquam desistet affluencia huius seculi.
absque feculencia simplici sempiterna ¶ Unde tundalus. in lib(ro)
Revelacionum. Veniam quia arrepiam ita mundi huius affluen
ciam postea abire. absque mortis eterne miseria et dolore
Calcidius. Super thymeum. platonis. Principium atque causa mortis
in cunctis animalibus. creditur esse aqua. Iuxta id quod ait Avicen(us)
Tria elementa hec. terra videlicet. ignis et aer vitam regunt
aqua autem pro omnibus corrupcionem facit in corporibus vniuer
sis. Sic et tota causa mortis perpetue. ipsa creditur affluencia
huius vite ¶ Unde. Eusebius. In Sermone. affluencia denique huius
G. vite. eternum velocius occidit humanam. mentemque precipitat
in gehennam. vel iehennam. Centobius. In li(bro) De toto orbis. In
temperies siquidem vmiditas. tam in mari quam in aere seu in
terra. efficit ipsa aqua. Sic cuncta iam mala totius orbis. ipsa
efficit affluencia atque felicitas terrena ¶ Unde. hugo de sancto
victore. Nil iam mali cogitari poterit in toto orbe terrarum
quod ex rerum proveniat affluencia mundana. Plinius.

Postquam igitur mundanam affluenciam comparavimus
ipsi aque. nunc consequenter igni etiam decrevimus com
parare. ob varia ipsius ignis accidencia seu naturas
plurimas In Speculo naturali. Ignis copiosius lucet. noctis tempore
quam in die. Cuius racio est. quia sol super diurnus ignem disgregat h
et dispergit. tenebra vero lucem adunat fortiter et constringit
ut reddat amoenam. Sic ignis mundane cupie. magis lucet.
Sic ignis mundane affluentie. magis lucet in nocte igno
rantie. quam in die veritatis et scientie. ¶ Unde Ysidorus. In de
Summo Bono. Quanto densior mentis tenebra. tanto lucidior
creditur felicitas affluenciam quam mundana. Archita. Tharentinus
In libro De Elementis. In Natura. Ignis per aquam nequaquam
extinguitur. absque strepitu et fragore. Sic et nequaquam fini
tur mundi huius affluentia. absque strepitu et eiulatione eterna.
¶ Unde. Sidonius. In Epistolari. Nullus exstat finis alius i
mundane felicitatis et affluentie. quam gemitus et singultus
miserie sempiterne. Theophilus In Breviloquio. Divisarum arcium
Grandes suscitat morbos capitis. qui flatu oris sui sedule
accendit et exagitat ipsum ignem. Sic et ille morbum sibi susci
tat mortis perpetue. qui flatu oracionis sedule. affluenciam
a deo dari studuit impetrare. ¶ Unde Jeronimus In Epistola ad Pau
lam. et Eustochium. Rem. mortem ille sitit et efficit perpetuam.
qui a deo implorat felicitatem affluenciamque mundanam. Alexander
Commentator. Super 2m. posteriorum. Ubi ignis fuerit copiosus ibi k
necessarie est et fumus. Per fumum etenim ignem demonstramus
quemadmodum causam per effectum. Sic ubicumque ignis arserit
affluentie vitiis. ibi et necessario fumus nitrie sollicitudinis
et laboris. ¶ Unde Tullius In Tusculanis questionibus. libro 2.
Affluencia siquidem nos homines. ad varias valde incitat solli
citudines et labores. Commentator. In libro De Impressionibus aeris.
Ignis invenitur tos maxime. a natura. Cuius racio tanta

est. supra. Sic sume adulatur et inuidetur mundane felicitati et
affluencie. ipse ros amoris et karitatis diuine ¶ Vnde Ie
ronimus. In Epistola. ad paulam et Eustochium. Nil tantum abhor
ret diuina karitas. quam mundane affluencie diuicias vni
uersas. Alter ad. Super 2m methaurorum. Ignis fulminis seu ton
L· truum. solo igne extinguntur corporali. Cuius signum est quod flammam corporali
igne accensa fulminis. ab aqua extingui non possunt. sed nati
uus in ardescunt. ut refert Themistius. In Summa naturalium
Entium. Extingunt autem ignem huiusmodi ignis non materialis. at
supfusio cineris. ut refert Eliensis. Cuius causa non tacta est
supra. Sic ignis celestis amoris et gratie. igne extinguntur
affluencie huius vite ¶ Vnde ysidorus. In De Summo. Bono. Igne
accenso affluencie in mentibus humanis. mox ignis diuine exti
guitur karitatis. Huiusque ignem mundane affluencie separatur.
Postquam igitur mundi huius affluenciam comparauimus
·M· igni. nunc consequenter et ipsi speculo eam de
creuimus comparari. ob uarietatem speculi qualitates
philaretus. In Tractatu. De iudiciis febrium. Sume nocuum lan
guenti corpori. speculum aliquod intueri. Cuius racio est. quod flammam corporis
lucidum et transparens. intuitus euocat sensum. que virus de
bellare debet ipsum morbum. Sic sume nocet languenti anime.
candor felicitatis affluencieque mundane ¶ Vnde Damascenus
In libro. contra Errores Grecorum. Candor quidem affluencie
temporalis. mortis est et pene presagium infernalis.
·N· Algazel. In Tractatu. De forma Speculi. Duo relucere faci
unt ipsum speculum. pix uidelicet atque plumbum. Quibus abo
litis et detersis. speculum non relucet. Sic duo sunt que nobis
mundi huius affluenciam lucere faciunt et placere. uidelicet.
pix uidelicet cecitatis. et plumbum uel inde grauitatis ¶ Vnde
Cassianus. In libro collacionum Seniorum. Primum. Cecitas quippe ani
me atque grauitas carnis nostre. lucidam nobis fingunt et simu
lant affluencias huius vite Theophilus. In Breuiloquio. Diui

larum circum. Speculum soli oppositum in feruore. ignem ex se elicit
et emittit. Cuius signum est. Nam dum aliquod combustibile opponitur
protinus inflammatur. Sic speculum mundane felicitatis et af-
fluencie. ignem accendit eterne gehenne. Unde Tunda-
lus. In libro Reuelacionum. Affluencia quippe huius seculi. mentes
nostras extinguit in presenti. et ignem accendit eterni supplicii O.
et tormenti. Solinus. In libro xx. Aues in alto uolantes tene-
rrime mouent alas. Sic et mentes hominum in altum la-
te mundane affluencie et honoris. iam non mouent alas
bonorum operis et uirtutis. Unde Remigius super Iohannem.
Dum ad honorem mundane felicitatis et affluencie prouectus
fuerit. iam ab omni plane bono opere conquiescit. philosophus. In
problematibus. Nix ab alto veniens. effigiem habet atque s-
iquidem dispositionem stelle. Cuius racio tangetur infra. capitulo
De virtute. Sic candida affluencia huius vite. ex tecitate glorie
anime. stellam illudendo fictam premonstrat beatitudinis sempiterne P.
Theophilus. In Breuiloquio diuersarum artium. Speculum oppositum
basilisco ipsum mox perimit et occidit. Cuius causa tangetur infra
capitulo. De demone. Sic mundana quidem affluencia. oculo men-
tis opposita. ipsum morte perimit sempiterna. Unde haymo
super apocalipsim. Sepe etenim ex desiderio et aspectu mundane affluen-
cie mors ipsa consequitur penalitatis eterne. Algazel. In tractatu. De
forma speculi. Speculo fonti inmerso ad solis radium seu cando-
rem. estimatur inter quedam stella subingredi ipsum solem. Cuius
Cuius causa declaracio plenius habebitur infra. capitulo. De visione
Sic mundana affluencia inmersa anime. potiore representat stellam Q.
felicitatis temporanee. quam ipsum solem beatitudinis sempiterne
Unde Rabanus. In omelia. Gaudeant quidem affluencia. dulci-
orem estimant iocunditatem temporaneam. quam uoluptatem atque
beatitudinem sempiternam. Ysidorus. In hystoriis naturalibus. Vermis
quidem omnis. cum super speculum positus fuerit. naturaliter conqui-
escit. Cuius racio tangetur infra capitulo. De vilitate. Sic homo

mundane diuicie affluentie. ab omni mox bono quiescit opere.
et uirtute ¶ Unde. Fulgencius. In. quarto. mythologiarum. libro
Inundans quippe affluencia erga hominem. ipsum ad unumquodque
retardat boni operis actionem. Fontem. In. Descripcionibus. mun-
di. Petro speculum latitat ipsa pix et plumbum. que et ipsum
R. faciunt speculum relucere. Sic sub candore mundane felicitatis
et affluentie. latitat quidem pix penalitatis eterne ¶ Unde se-
romanus. In. libro epistolarum. Quemadmodum enim anguis sub herba.
sic sub mundana affluentia. incendia latitant sempiterna. Plinius
In. Speculo. naturali. Venatores astuti. animalibus que per nimia
sui uelocitate capere non possunt. specula in deserto obici-
unt. ut frequenter. Sic uenatores eterni principes infernales.
speculum nobis mundane affluencie exponentes. capiunt
et irretiunt nostras mentes ¶ Unde Gregorius. In pastorali libro
Summe quidem demonum insidie. ex affluentia proueniunt
S. huius uite Solinus. In libro xx. cuiusque pelius igneum. et aspectui
cuilibet opponitur. ipsum statim protinus excecatur. Cuius racio
est. quia tot exalaciones corrupte ex lapide eleuantur per-
cluunt. que uisum nostrum obruunt et obtundunt. Sic et dum
humanis mentibus mundi huius affluentie opponitur radius. mox
totus noster manet animus. horrenda quadam caligine excecatus
Aristoteles. In. libro. De. Regimine principum ad alex- Capitulum. De
andrum. Nulla tucior habitacio. humane magis est Apostolis.
uiuentis ciuitati. quam sub montibus commorari. Cuius racio talis
est supra. Sic nulla tucior uita condicioni humane. quam sub
apostolorum commorari auxilio et fauore ¶ Unde. Ouidius. In. Sermone.
T. Nil utilius hominum usque estimetur. quam in sanctis dei apostolis
tota uirtute confidere et sperare. Recitatur ad capitulum de gaudio
Plinius. In. Speculo. naturali. Cum uirgulta uiridia quis mul-
tis aque inmerserit. aquarum ex hoc color inmutabitur unius
coloris admodum patet. Dum pono [illegible] de uirgultis. Sic qui
in noctibus sanctos uiros dei apostolos angustie et dolori suo inmer-
serit. tota ipse sua tristicia in gaudium permutabit ¶ Unde

Eusebius. In Sermone. Cum sanctos dei apostolos. devotionem in-
spexerit mentis sue. eius permittant mox in melius molestie
vniuse. Alhazen In perspectiva. Sicut solari seu lunari illucen-
te corpore. stelle a nostris aspectibus se abscondunt. Sic
mundana nobis illucente consolatione et gratia apostolorum no- M
bis subtrahitur consolatio diuina. ¶ Unde Fortunatus. In
sermone. Cum consolationem humanam accipit. consolatione apostolorum
intabilem se ostendit. Theophilus. In Breuiloquio. Sicut dum ferrum
ex percussione ferri aut lapidis ad lapidem. elicitur quidem
ignis. Sic ex concussione mentis nostre ad apostolos. cum oratione
sedula. elicitur protinus ipse ignis pietatis clementieque diui-
ne ¶ Unde Gratianus. In Apparatu. Iuris. Ex eo enim quod mens
nostra ad sanctos pulsatur apostolos. euentus multos ac-
cipit prosperos. successus quoque fortunatos. Aristoteles. In libro
problematum. Aperto ostio loci alicuius calefacti. aer mox in- N
greditur per fenestras. Sic ostio aperto mentis nostre. aer
subintrat protinus. apostolice consolationis gratieque divine
se. ¶ Unde Ieronimus. In Epistola. Ad paulam et Eustochium. Aperia-
tur primum ora nostra in laude. et tunc sanctos decet apostolos
in nostre. Ptholomeus. Almagesti. primo. Sidera quidem diuina
in suo ortu super terram. maiorem faciunt influentiam et vir-
tutem. Sic sancti apostoli in ortu quidem sue sollempnitatis.
sue semper maiorem faciunt influentiam pietatis. ¶ Unde Cassi-
odorus. In historia tripertita. Omnibus enim semper parati
sunt ad adiuuandum apostoli. maxime tamen nos in eorum sol-
lempnitatibus accidit adiuuari. Commentator. In libro De impressio- O
nibus aeris. Nubes super regionem siccam et calidam. protinus
consumuntur. cuius ratio est flammam in sicco aere. velociter desiccantur
nubes. ut ostendit philosophus. in 2º metheororum. Sic ut nubes vo-
lantes sancti apostoli. super siccos et ingratos volunt homines
pietatis desiccari ¶ Unde. haymo. super actus apostolorum. Sancti quidem
apostoli. omnem amittunt uirtutem et gratiam. super mentem cupidam et auaram

Aristes. In libro De dimensionibus terre. Venis meatibusque terre
inbibitur virtus celi. Cuius signum est. Stam per meatus venas
quoque terrarum. quedam pertransit ingorositatis seu medulla. me
diante qua. quidque in fine tie seorsum venerit. totum perdit
ut ostendit. ptolomeus Almagesti. primo. Sic mediantibus sanctis dei
Z. apostolis. tota nobis tribuitur gratia consolacioque celestis ¶
haymo. super apocalipsim. Quidquid nobis divini muneris provenit.
hoc totum per manus apostolorum pertransit et pertransit. Cometa In libro
De impressionibus aeris. In vehementi frigore. nubes interiores
existunt terre. cuius ratio tangitur infra. capitulo. De visione
Sic in intenso frigore mundane tribulacionis et angustie. vi
ciniores nobis sancti sunt apostoli. sua gratia et virtute ¶ Un
fulgencius. In secundo Mythologiarum. libro. Quanto maior nunc nobis
tribulacio ingruerit. tantum sanctiorum mox apostolorum consolacio
A. immunebit. philosophus. In problematibus. Accedentes. ad parie
tes. quantumcumque densa sit tenebra. nos quamvis minime videamus
ipsos tamen aliqualiter percentimus. Cuius ratio est. Stam ter circa
parietes est tranquillus. ut asserit theofrastus. Sic et nos ac
cedentes ad sanctos apostolos. etiam licet minime advertamus
ipsorum tamen auxilium percipimus et sentimus ¶ Unde. Fortunatus
In carmine. Nimis cum lateat medium hominem. numquam tamen
erga nos sancti apostoli. suam deserit gratiam et virtutem.
theophilus In Breviloquio. Divisarum. arcium. Sicut quando pluvie
non statim guttas suas arbores a se stillant. sed primum que
humore sibi inbibunt. et tunc stillas validas extra fundunt
B. Sic sancti quando apostoli. tempore nostre tribulacionis et angustie. non
statim fundunt stillas sue pietatis et clementie. sed primum quod
in virtute multa sumunt a deo. quod et ministrant postmodum
toti mundo ¶ Unde. hugo. de sancto victore. Non statim nobis sancti
apostoli obtemperant. sed ideo medium differunt et exspec
tant. ut uberiora munera extra fundant. Avicenna. In libro
De quatuor. Diluviis. Valles siquidem solitudines atque valles
sibi plerumque attrahunt et pluere faciunt ipsas nubes.

Quius signum est. Nam ut ait Fontinus. Diluvium ut frequenter
accidit aut in vallibus. aut in solitudinibus nemorosis.
Sic humiles atque et afflicte. sanctos faciunt apostolos pluere
rorem distillationis atque consolationis interne ¶ Unde. Eusebius
In sermone. Celi quidem ipsi sancti vocantur apostoli. eo quod rore .C.
celestis refrigerii. cuilibet tribuant indigenti. Refertur. ad casum
De sanctis. Plinius. In speculo. naturali. Antequam pestilentia
alicuius adveniat regionis. multus illuc fit avium atque vulturum
concursus. Cuius ratio est. Nam in regione pestilente. multa contin-
gunt cadavera. Que miro modo vultures sentiunt a longinquis
quamobrem tales adveniunt regioni. Sic et in arctis nostris neces-
sitatibus. sanctorum apostolorum mox erga nos fit sedulius concursus.
¶ Unde. Rabanus. In omelia. In omni quippe molestia et do-
lore. sancti quidem apostoli nequaquam possunt desistere. qui vigi-
lent super gregem ecclesie sue sancte. Solinus. In libro Rerum.
Ad sibilum serpentes igne lesi. serpentes conveniunt ammirati
Cuius signum est. Nam prudentes incantatores. serpentem unum .D.
in ollam positum. applicant ipsi igni. Cuius sibilum a longe intel-
ligentes serpentes alii. illuc student provehi et moveri.
Sic ad sibilantem orationem afflictorum hominum. mox cuncti
adveniunt sancti apostoli in occursum ¶ Unde Willelmus. In
sermone. Quanto maior tribulatio fuerit hominis. tanto
maioris erga eum sancti sunt apostoli pietatis. Avicenna.
In libro De Quatuor. Diluviis. Montes quidem de interioribus
terre meatibus sugunt attrahuntque humorem. quem in specie
nebule sursum mittunt ad nubium regionem. Sic et a nobis
devotionem nostram sugunt sancti apostoli. quam et pro nobis
divine offerunt pietati ¶ Unde. Haymo. Super. Actus apostolorum. .E.
Sancti quidem apostoli devotionem a nobis exigunt et amo-
rem. non sibi sed deo dantes gloriam et honorem. Comestor. In
libro De impressionibus. aeris. Cumque montes fumigationem
seu nebulam sursum mittunt. incontinenti pluvia consequitur
Sic et dum sancti apostoli orationem suam pro nobis deo offe-

runt. unde mox nobis ymbrem consolationis deferunt et deducunt
¶ Unde. Origenes. In lib. De ritu ecclesie. Intercedentibus pro
nobis ad deum sanctis apostolis. mox nobis patebit abissus
diuine gratie et amoris. fontium. In descriptionibus uniuersi
maiores nubes. inferioribus nubibus humiditatem conferunt plu
F. uie. atque roris. Sic sancti apostoli nobis quidem conferunt
humilibus et depressis. ymbrem consolationis refrigerii quod ce
lestis ¶ Unde Ambrosius. In lib. prefationum. Hem ipsi siquidem sancti
parati sunt apostoli. gradatim sui super excellentis meriti. hu
milibus et afflictis quibuslibet impertiri. optime. Johannes. In .i.a
practica. Silices igniti. et in lacte calido mox extincti.
ptisicam auferunt atque ethicam passionem. In quantum uidelicet
lac huiusmodi bibitur aut potatur. Sic sancti apostoli. igne nostri
amoris desiderii quod succensi. et in lacte mentis deuotionis extincti
morbi auferunt molestiam uniuersi ¶ Unde. Fortunatus. In carmine.
Sancti itaque apostoli. fonti uniuersi deuotionis etc. omnem
G. plane auferunt molestiam huius uite. sicut comparantur umbris.

Postquam igitur in generali. sanctos descripsimus aposto
los. nunc consequenter ipsos umbre diuinis comparan
dos. ob ipsius umbre qualitates plurimas et effectus
Aristoteles. In libro. problematum. Stantibus nobis in umbra.
limpidior efficitur uisus noster. Cuius signum est quia ut limpidius
uideamus. manum oculo obducimus. seu manu oculos aliqualiter
obumbramus. ut refert theofrastus. In De parte sensitiua.
Sic et stantibus confidentibus quod nobis firmiter in sanctis apos
H. tolis. in nobis mox uisus limpidior celestis luminis seu
candoris ¶ Unde Damascenus. In lib. contra errores Grecorum
In doctrina primum sanctorum apostolorum mentis figatur oculus
ut clarius eluceat ipse candor radius quod diuinus. plinius In
Speculo naturali. Serpentes quidem omnes naturaliter hor
rent umbram. Testante Solino In lib. xx. qui ait Serpentes
ad feruorem solis. circumquaque describunt. Ad umbram autem se abscon

dunt. Sic illos celi principes. cuncti serpentes horrent et
fugiunt infernales ¶ Unde. haymo. sup. actus apostolorum.
celestes inquit principes. cuncti fugiunt principes infer
nales. Commentator. In. lib° De impressionib9 aeris. In intemperie
aurarum. velociter nubium currunt umbre. Cuius ratio est quam in I
intemperie aure. ventus impellens ipsas nubes. velociter
vehitur et movetur. ut recitat Allexander. Sic in intemperie
et molestia mundanorum. sancti mox velociter currunt apostoli in
occursum ¶ Unde Rabanus. In. omel. Sancti siquidem apostoli
in tribulacione hominis. velocissime sunt auxilii et virtutis. philosophus.
In. problematib9. Umbra infrigidat quidem hominem extrinsecus
sed ipsum intrinsecus vehemencius calidius et inflamat. Cuius
ratio est. quam calor qui est extrinsecus. adveniente umbra a
frigore. ad interiora pellitur et fugatur. ut ostendit philosophus
vetus. In. tractatu. De. naturis. corporum. Sic sancti aposto
li. refrigerant hominem extrinsecus contra estum mundane tribu K
lacionis et angustie. inflamant vero intrinsecus igne dei
atque melliflua karitate ¶ Unde Eusebius. In. Sermone Sancti
nimirum apostoli sua virtute refrigerant estuantem in hoc mun
do hominem. divinum quoque in nobis causant desiderium et amo
rem. plinius. In. Speculo. naturali. Umbra rorem conservat
sup gramina et pruinam. Sic sancti etiam apostoli sua in im
mensa gratia et virtute. rorem nobis preservant celestis
amoris et gratie. ac pruinam refrigeracionis eterne ¶ Unde hi L
larius. sup. mathe°. Sanctorum apostolorum hoc proprium creditur.
rorem nobis impetrare celestis gratie. collatamque in nobis
irrefragabiliter et iugiter conservare. Theophilus. In. Brevilo
quio. Diversarum. arcuum. umbra destruit vinum in vineis uni
versis. Sic sancti apostoli omne vinum voluptatis et luxurie.
sua in nobis desiccant efficacia et virtute ¶ Unde. Ambrosius.
In. lib° De virginitate confugiendum mecum estuantib9 ad sacros
apostolos arbitror. quorum carmis in re extinguitur totus ardor. Averrois.

Cometa. Sup. 3° De celo et mundo. Umbra quedam eternaliter
stat in luna. apparens seculis formaque et dymensionibus vniuersis iux-
ta id quod ptholomeus almagesti. i. Luna in se effigiem representat
faciemque humanam. Unde autem causatur talis macula in cor-
pore lunari. tangetur infra. capitulo De visione. Sic sancti
M. apostoli. assistunt aspectui saluatoris. auxilium implorantes ho-
minibus vniuersis. Unde Beleth. Jo. In Sermone. Stant sic
sancti apostoli in aspectu domini. quibus impetrantes veniam
peccatori. Constantinus. In tractatu. De ypocondriaca passione. Per
umbram quippe montis sanantur ptisici. per umbram vero
alti muri. sanantur icterici vniuersi. Quorum racio tangetur
infra. capitulo. De verbo. Sic et per sanctos dei apostolos. qui
montes dicuntur et muri. morbi in nobis sanantur tam mentis
quam corporis vniuersi. Unde. Eusebius. In Sermone. Nullus
vnquam defectus tam mentis quam corporis poterit inueniri.
qui non virtute possit sanctorum apostolorum penitus reforma-
N. ri. Aristoteles. In libro. problematum. Maior est umbra in nocte
a luna. quam in die a sole. Sic maior a sanctis apostolis defluit
virtus salutis et gracie. in nocte tribulacionis et penitencie. quam
in die felicitatis affluencieque mundane. Unde. Haymo. Sup.
Actus. apostolorum. Apostolica siquidem consolacio. magis debetur homini
tribulato. quam circumquaque in mundi huius felicitatibus prosperato
Postquam igitur sanctos apostolos. comparauimus umbre
nunc consequenter ipsos comparabimus nubibus. eo
O. quod ipsos homines obumbrent et protegant velud nubes
Commentator. In libro. De impressionibus aeris. Vehemens in al-
tum eleuatio et elongatio nubibus. pluuia non descendit
cuius signum est. Nam ut ait plinius. nubes alte nimium nunquam
pluunt. Et huius effectus. multiplex a philosophis racio assig-
natur. Dicit enim amphites In edictis. quod nubes humiditatem
suam recipiant a terra. Alte sed nubes ob nimiam sui elon-
gacionem. a terra humectari non possunt. Anepite vero ait quod

nubes alte. ob frigiditatem illius regionis. nequaquam possunt di-
geri in humorem. Allexander. ante super 3° metheororum. dicit ymbrem
descendere. non solum quia aqua pluvialis gravius sit. sed quia terra
ymbrem sibi naturaliter attrahit et imbibit. ob elongationem et
minutam. trahere non potest ipsa terra. Constat itaque quod elon- P.
gatis vehementer nubibus est etc. Sic elongatio a nobis sancti-
ssimis dei apostolis. iam non pluunt ymber celestis gratie
et amoris. Unde. Augustinus. In libro Retractationum. Sanctis
quidem alienatis apostolis a memoria mentis nostre. iam nul-
la nobis virtus consolationis interne. Themistius. In summa
naturalium eorum. In vespere et in mane. maxime rubent nubes
cuius ratio tangetur infra capitulo. De visione. Sic sancti apostoli
in vespere quidem mortis humane. ac in mane nativitatis nostre
magis rubent et lucent sua gratia et virtute. Unde. Ori-
genes. In libro De ritu ecclesiarum. Sancti itaque apostoli in mor-
te nos suscipiunt. et in nativitate ad lucem in columnes
suis meritis nos producunt. Commentator. In libro De impressionibus R.
aeris. Nubes soli opposite. mox nigrescunt. Cuius ratio est. Nam
nubes soli opposite. magis sunt digeste partes et grusse. et
ideo per consequens magis nigrent ut probat philosophus. In 2° me-
theororum. Sic et sancti apostoli. Deo se pro nobis exponunt. et sic
eius aspectibus. pro nostra efficienda salute humiliter abnigrantur
Unde. haymo super actus. apostolorum. Sancti itaque apostoli. divinis
pro nobis aspectibus presentantur. ubi et nostram salutem
incessanter orantes operantur. Alfarabius. In libro De differentia re-
gionum. Quantumcumque sint alte iste nubes. tamen tamen ipsum R.
apparenter attingunt in circulo orizontis. Cuius etiam ratio
tangetur infra capitulo De visione. Sic innumerum sancti apostoli
quantumcumque sint exaltati ad tronum celestis glorie. terram tamen
semper attingunt suo auxilio et virtute. Unde. Beda
In omelia. Omnes enim nunc sancti apostoli eterno perfruuntur gau-
dio. tamen semper presentes existunt suo munimine toti

mundo Architas Tharentinus. In libro De Euentibus. In natura. Ubicumque
contingunt domorum incendia ualida. mox efficitur et attrahitur
quedam nubes. Cuius ratio est. Nam aer digestus in nube verti
tur. ut ostendit. Alexander. In 2° Metheororum. Incendio autem
grandi facto. uehementer digeritur ipse aer. ut asserit. Aui
S. cenna. Sic ubicumque contingunt incendia tribulacionum uarie.
mox sancti ut nubes conuolant apostoli. suo auxilio et uirtute
¶ Unde. Beda. In omelia. In estu quippe tribulacionis et angus
tie. tota nos student uirtute sancti apostoli adiuuare. Cometa[os]. In
libro. De inpressionibus aeris. Ubicumque nubes uaporem attra
hunt. illuc ymbrem pluuiamque transmittunt. Cuius signum
est. Nam regiones que multam sui sunt mittunt nubibus
nebulam. multam eciam illo suscipiunt pluuiam. ut ostendit
Auicenna. In libro De Quatuor diluuijs. Sic undecumque multam
deuocionem sancti sumunt apostoli. illuc eciam ymbrem mittunt
T. ualidum auxilij refrigerijque in terram ¶ Unde. Haymo. Super
actus. apostolorum. Ubi sancti apostoli deuocionem inueniunt. illuc eciam
multam consolacionem graciamque transmittunt. Recitat ad eam
De Gaas. Themistius In Summa naturalium. Enim. Occidente sole
surgunt protinus ipse nubes. Cuius racio est. Nam occasus solis
habet fieri super mare. Quamobrem et tunc uapores uarij eleuan
tur. ut refert. plinius. In Speculo naturali. Sic occidente per
mortem unoquoque hominum. mox sancti surgunt apostoli in
occursum ¶ Unde Leo. papa. In Sermone. Nequaquam sancti apostoli
V. uirtute denegant sui auxilij. cuicumque hominum morienti. sed
mox in hora mortis. magis flagitant actis salutatoris. Constantinus
In libro. De Melancolia. Contra freneseim et insaniam uniuersam.
Sume ualet contemplari nubes intra aquam. Sic sume ua
let contra omnem molestiam mentis et corporis. sanctos contempla
ri apostolos oculo sue mentis ¶ Unde. hugo. De Sco. v°. Contra
omnes insultus et molestias huius seculi. sanctorum studeamus
apostolorum insignia iugiter meditari. Alexander Super 3m Meth.

Nubes quidem non solum aquas et vapores. sed et ranas ac
simul atque ... et serpentes. Cuius signum est. Nam in es
tu calido seu fervore. rane. pisces. de nubibus recidunt
et serpentes. Quas nequaquam deorsum plueret. nisi eas.
nubes aliqua attraxissent. Sic sancti viri dei apostoli. non solum
iustos homines. sed et iniustos recipiunt et attrahunt peccatores X
¶ Unde. Celestinus papa. In Sermone. Sancti quidem apostoli.
tam mellis quam boni. nequaquam dulcedinem sue denegant pietatis
hinc usque sancti apostoli umbre non immerito et nubibus comparantur

Postquam igitur sanctos dei apostolos. nubibus compa
ravimus nunc consequenter. ipsos montibus comparamus
ob multas atque varias montium qualitates ¶

Johannitius. In libro De Regimine Sanitatis. Qui altos volunt
montes ascendere. simul debent fetentem naribus applicare.
Et huius ratio est. Nam subtilitas supra montem aeris. velocius
periment ascendentes. fumus autem cum sit fetidus. subtilitate Y
aeris temperat iam predictam. ut asserit constantinus. Sic qui
sanctos apostolos invocant et implorant. simul necesse est humi
litatis sue mentis oculo anteponant ¶ Unde. Hilarius
In Sermone. Qui igitur sanctorum apostolorum invenire gratiam.
mentem assume turbidam. atque humilem et contritam.
Alkabitius In theorica planetarum. Qui divinari volunt
in astris. super aliquibus effectibus eventibusque futuris.
altos necesse est montes adeant et ascendant. Cuius ratio
est. Nam ut ait ptolomeus. almagesti. 3o. subtilitas montium Z
aeris. subtilitatem atque limpiditatem efficit rotis. Sic qui
divinari ac providere volunt sue perpetueque saluti. necesse
hos est ascensu mentis. sanctis apostolis applicari ¶ Unde. hugo
de sancto victore. Qui contemplari volunt celestia. sanctos ascen
dant apostolos mente fervida et devota. Regere. De Stato.
Avicenna. In libro. suorum. ... Aurum in valle gra
vius. in montibus vero levius signanter et notabiliter

inuenitur. Cuius racio tangetur infra. capitulo De virtute. Huius
eciam signum est. Nam ut refert. fontinus. In. De sarpeoribus
No. Animusi. conquesti quidam sunt mercatorum. aurum quod deferre
bene. in una regionum leuius. in alia autem grauius apparere
Sed et testante. Nestorio. In. libro. De. Oceani circulo. In qui
A. busdam insulis. mercatoribus aurum est sum. in aqua perit
tus imutatum. Ut et ostendit Galienus. De. camphora. que in
nichilum redigitur ad fetoris presenciam alicuius. Unde. Alfara
bius. In. libro. De differencia Regionum narrat lapides in una
regione leuiores. in alia esse aliqualiter grauiores. Et ideo
non mirum. si aurum in valle grauius. in monte uero leuius vi
deatur. cum tamen huius effectus non pateat. experiencia quoque
doceat euidenter. Sic cor humanum. quod in valle priuis miserie
ad cuncta bona graue cernitur. sed mox ablatum a phis. mira
B. biliter leuatur. Unde. heymo. super. actus. apostolorum. Cor quidem
nostrum. quod eternis nunc mole oppressum fuerit. sanctorum apostolorum
exemplo et doctrina. agile apparebit. Archita Tharentinus. In. libro
De. Cuenabilibus. In. Natura. Qui in monte moritur. rubet visu.
in vallibus autem mortuus. valde pallet. Cuius ratio tangetur
infra. capitulo. De. voluntate. Sic qui in amore sanctorum apostolorum
mortuus fuerit. rubore eterni gaudii effulgebit. In valle
autem mundane confidencie mortuus. eterna est effigie iugiter
pallescendus. Unde. Cirillus. In. libro. De. Peregrinacionis sancti pauli.
O quam leta mors hominis apparebit. qui nunc sub sanctorum apostolorum
C. umbraculo hic discedit. plinius. In. Speculo. naturali. In alto
monte odores acius a longinqua percipimus regione. Cuius
signum est. Nam ut refert Solinus. In. libro. Rerum. Ultimus ab
eos montes transuolitat. ubique ardenter quit et explorat
Cuius causam racio tangetur infra capitulo De velocitate. Sic sanctis
stantes iuxta apostolis. odorem uirtutis mox percipimus
illius beatissime regionis Unde. Cassiodorus. In. historia tripartita.

Sancti immitū apostoli doctrinis sive narys. odorem nobis pa
riunt felicitatis beatitudis q3 celestis. Centobi⁹. In. lib⁹. De. Coten
tibus. orbis. Qm defert intrū aque. de vallibus versus mo
tes. Anteq̄m supᵃ montē veniat. tota aqua cōsumitur et
exalat. Cuius racio ē. ꝓpter subtilitas seu siccitate montis
in aeris. clambit aquam hanc. Sic qui vota sua sanctis
apostolis devote obtulerit. mox totū eius desideriū diui
nis affectibus exalabit ¶ Unde Gregori⁹. In pastoralibus. D.
Qm mentem sanctis aplis offert spontaneam et devotam.
mox totus absorbetur infra aplicam custodiam seu tutelā
Postq̄m igitur sanctos apostolos cōparavimus monti
bus. nūc cōsequenter ipsi lune. ipsos duximus cōpa
rare. ob lunares qualitates atq3 actua et effectus.
Cometta⁹. In. lib⁹. De. impressionib⁹ aeris. Pallidus circulus lu
nam ambiens. ymbrem mox efficit et inducit. Cui⁹ racio L.
est. ꝓpter pallor lunaris regionis. aerem valde reddit hu
mectatū. ut refert. Auerrois. Humectato aut aere. pluvia ac
cidit et contingit. ut ait pha. in. 3⁹. Meth. Inᵃ id quod ait Athe
nistus. In Summa. naturalium cuncti. pallidus lune circulus.
in estate pluviam. in hieme vero nivē affert. Sic dum
mens tristis stos aplos ambiendo amplectit. ymber mox
celestis grē cōmittit ¶ Unde Jero⁹. In. Episto. ad paula et Eu
stochiū. Omni quidē tota mentis devocōne amplectendi
sunt apostoli. quibus mediantibus. ymber nobis ꝓvenit
refrigery sempiterni. Aristotiles. In. lib⁹. problematū. Lu F.
na quidem suo splendore. frigus semp̄ efficit et inducit.
Cui⁹ signū ē. ꝓpter myrr nō liquescit a lumine lune. si
cut a lumine ipsius solis. Sic sancti apli sue virtutis ra
dio. refrigeriū semp̄ conferunt toti mundo ¶ Unde. Beda.
In. Come. Omne quidē estum mundane tribulacōis et an
gustie. sci apli suo temperant refrigerio et vtuntur. thos.

Thomas. In Summa. Contra Gentiles. Luna cogit demones. Nec mirum quidem. Refert enim phus. In vi° animalium libro. quod cantus galli fugat basiliscum. Et hoc ipsum testatur beatus Gregorius. In moralibus. super Job. super illud Gallus succinctus lumbis et aries. quis resistet eis. Item id quod ait Damascenus. In libro contra errores Grecorum. habet autem dominium super demones ipsa luna magis quam piscis exenteratus. ut legitur in Thobia. Cuius causa signum est. quoniam cum fuerit in maiori suo vigore ipsa luna. demones mox in obsessis corporibus aliquantulum commovent. ut ostendit Boetius. In tertio suo De trinitate. Item qui nigromantie insistunt prestigiis. observare eos oportet necessario ipsam lunam. ut ostendit Helinus. In libro De inventione. Ex premissis igitur sufficienter quidem patet. quod luna sua virtute dominium habet super demones. Sic sancti apostoli potestatem super cunctos principes infernales. Unde Hylarius. super Matheum. Apostolorum inquit hoc proprium est factorum. ligare quidem et cogere cunctos principes inferorum. Auctoris — Summa 3m. De celo et mundo. Luna semper quandam ex se hinc inde faciem representat effigiemque humanam. Sine et macula ipsius lune dicitur. Quid autem sit huiusmodi facies. aut unde causetur. tangetur infra. capitulo. De visione. Sic et in ipsis sanctis apostolis. semper nobis presentatur facies pietatis. Unde Origenes. In libro De Ritu ecclesiarum. Imprimendi sunt enim sancti apostoli quam acrius cordibus mentibusque humanis. eo quod semper visum nobis sue exhibeant pietatis. Plinius. In Speculo. naturali. In plenilunio demones ab obsessis corporibus commovent. Cuius ratio tacta est supra. Sic in apostolice virtutis plenitudine. demones prohibentur a sua qualibet actione Unde Tundalus. In libro Revelacionum. Vidi summos celi principes. demonum prohibere qualibet actione. Albumasar. In theorica. plane

tarum. Eo anno. quo eclipsata fuerit ipsa luna. corruerunt eadem
muri. edificia. atque turres. Cuius racio est. Nam tunc annus hu
midus committatur. ut ostendit comentator. In 2° metheororum
post annum autem humidum ruunt muri. ut ostendit theophilus
In Breuiloquio vniuersalium. artium. Sic dum sancti apostoli K.
a mentis nostre memoria eclipsantur. ruine mox et casus
mortis perpetue committatur ¶ vnde. Boecius. In Epistola.
ad. Reginam virginem. Cumque sancti apostoli a mentis
nostre subtrahuntur memoria. subtrahitur et mox nobis
gratia diuina. Constantinus. In libro de melancolia. Quamdiu aliquid
mali in humano latet corpore. nequaquam desistit pungere
ipsa luna. Donec totum egerat et expellat. Sic quamdiu la
tuerit culpa in homine. nequaquam cessant sancti nos apostoli
amonere et pungere. donec totam studuerimus abolere ¶ vnde
Remigius. In Sermone. Quamdiu aliquod periculum imminet L.
huic uite. nequaquam desistunt sancti apostoli. etiam in sompnis
dum dormimus amonere. Allexander super 3m metheororum. Cumque
mare ceperit inundare. luna mox ipsum absorbet et itra
hit ad abissum. testante plinio In Speculo naturali
vbi ait. Luna terminum ponit mari. causat enim ut
ait philosophus fluxum et refluxum marium equoris uni
uersum. Sic et dum inundauerit tribulacio mundanorum.
mox ipsum totam sancti apostoli pellunt et proiciunt
in abissum ¶ vnde. haymo. super actus. apostolorum. Cumque
in inundauerit tribulacio molestia que mundana. mox sancti
apostoli mala nostra in nichilum redigunt diuina. Fontinus. In M.
descripcionibus. vniuersi. Luna. habet dominium super aquas. Sic
sancti apostoli potestatem habent super insultus et mo
lestias. que in hoc mundo accidunt vniuersas ¶ vnde. Ra
banus. In. omelia. Contulit autem deus ipsis sanctis apos
tolis. potestatem super cunctas molestias huius orbis.

Postquam igitur sanctos apostolos comparavimus lune. lunari(que)
corpori. nunc consequenter eos fulmini aut soli. debe-
dimus comparari. ob solis accidencia seu naturas.
Commentator. In libro. De impressionibus aeris. Fulmen factum lucente
N. sole. minus ferit. Cuius racio est. Nam lumen solis virtutem
ignis distrahit circumquaque. Sic lucente nobis apostolorum
gratia. minus ferit vindicta sentencia(que) divina. ¶ Unde.
Guido. In Sermone. Cum(que) apostolorum vox intervenit. divina
minor iracundia minus ferit. Plinius. In Speculo naturali.
Sol ludit naturaliter super aquas. Sic sancti apostoli suos
quesierunt delicatos. dum mundi deficiant huius molestias uni-
versas. ¶ Unde. Origenes. In libro. De ritu. ecclesiarum.
Speciale gaudium nascitur sanctis apostolis. ex eo quod curam ge-
runt debitam sui gregis. Fontinus. In Descripcionibus mundi.
O. Sol in suo ortu. ventum frigus(que) producit. Iuxta id quod ait
philosophus. In problematibus. Dum presto fuerit solis ortus. intensi-
us surgit frigus. Cuius causa racio tangetur infra. capitulo De
veritate. Sic et in ortu apostolice gratie. ventus produ-
citur consolacionis interne. ¶ Unde. Haymo. super actus apostolorum.
In ortu quidem et sollempnitate sua sancti apostoli. specialem
faciunt gratiam consolacionis muneris(que) divini. Alzabitius.
In theorica planetarum. Sol in die lucet terre. in nocte
vero ipsi celo. Quod patet. Nam cuncta sidera noctis tem-
pore solari lumine perlustratur. Sic sancti apostoli. in die quidem pre-
P. sentis vite. mundo lucent sua in mensa gratia et virtute.
In nocte autem mortis. celum pro nobis perlustrant altissi-
me trinitatis. ¶ Unde. Crisostomus. In libro. De progenitis spe-
ciali. Dum enim vivimus. sancti incessanter apostoli nos defen-
dunt. dum morimur lucidissimos se nobis offerunt et osten-
dunt. Plinius. In Speculo. naturali. Cumque sol oritur. gran-
dis mox in orientalibus partibus fragor et strepitus

generatur. Iuxta id quod ait clunobron. In libro. Fontis vite. Clau
dunt hij qui in orientalibus sunt partibus. et sibi de terra
fugiunt. ob strepitus illos grandes qui ibidem accidunt
et contingunt. Cuius eadem racio tangetur infra. capitulo
De verbo. Sic et cum festiuitas aliqua sanctorum apostolorum
oritur. mox inter nos laudis atque iubilacionis strepitus
audiatur. ¶ Unde. Origenes. In libro. De Ritu. Ecclesiarum.
Sollempnitate quippe sanctorum apostolorum ecclesie orientem.
per laudis suscipiamus strepitum et fragorem. Huiusque et cetera.
Postquam igitur sanctos apostolos comparauimus soli.
nunc consequenter et ipsis debent auibus comparari.
ob qualitates naturas varias auium seu naturas. M.

Solinus. In libro. Rerum. Cumque aues a terra se elongant et
in altum volitant. aut in summitatibus arborum edificant
pestilencia illo anno grandis tam pecorum quam hominum. ne
cesque et strages valide contingunt. Cuius racio est. Nam
aues naturali quodam instinctu venire pestilenciam
precognoscunt. et ideo ad si fugiant. in altum se extollunt
Sic cum sancti apostoli. ob mentis nostre ingratitudinem a
nobis elongantur. pestilencie mox et strages ante con
tinentur. ¶ Unde. Haymo. super apocalypsim. Dum fugati a no
bis fuerint sancti dei apostoli. mox timor ingruit pe
riculi atque naufragij temptacionum. Plinius. In Speculo. naturali
Totus potus. quem aues sumunt. in plumas pectus transmutatur. Cuius signum est. Nam secundum philosophum. In. 1o. animalium
Inter cetera animalia potum sumencia. aues neque vesicam ha
bent neque mingunt. Sic totus potus nostre deuocionis
quem sancti a nobis sumunt apostoli. mutatur in alas. quibus
pro nobis ad aures transeunt per volantque diuinas ¶
¶ Unde Dionisius. Oraciones quidem nostre. ale dici possunt.
quibus nostra vota diuinis auribus innotescunt. Ysidorus.

ysidorus. In historys naturalib9. Cumque aues claudunt oculos.
inferiorem mox palpebram sursum tollunt. Cetera autem animalia
superiorem palpebram deorsum quote mittunt. Cui9 etiam ro
tangetur infra. capitulo De visione. Sic et sancti apostoli. Dum
oculos quidem suos clauserint per martiria. nos qui sumus
T ut eorum palpebra. sursum leuarunt ad gaudia sempiterna
¶ Unde. haymo. super. actus. apostolorum. Per mortem namque
suam sancti apostoli. nos dignos aptos que fecerunt felici
tati beatitudinis que celesti. Solinus. In lib°. rerum. Aues quidem
regales seu grandes. antequam in altum volitent. primum ?
saltant. Currunt enim ante volatum aues ille. Sic sancti apostoli
antequam volarent ad superna gaudia. currebant per mun
di huius discrimina uniuersa ¶ Unde. Criso9. In lib°. De pro
gressione sancti pauli. Oportuit denique sanctos apostolos. pro
maiori accipienda gloria. antequam volarent in celum.
V primum peruolare et peragrare totum mundum. philosophus. In
vi°. animalium. lib°. Delectabile quidem est auibus volare
contra ventum. Cui9 etiam signum est. Quam plurimum hoc est
cicadarum autem. ut de terra sursum euolantes. vertant
se contra ventum. quemadmodum refert plateari9. Sic et de
lectabile est sanctis apostolis. pugnare seu volare contra ven
tum nostre molestie et doloris. palemon. In lib°. De signis
naturarum. Tempore ymbris et pluuie. magis accenduntur in
trinsecus ipse aues. Cetera autem animalia in frigiditate potius
X Cui9 ro tangetur infra. capitulo De veritate. Sic sancti
apostoli. in hora nostre tribulationis et angustie. zelo erga nos
accenduntur caritatis et amore. ysidorus. In historys
animalium. Aues in suo volatu contrahunt ad se pedes. Cum
autem ad terram veniunt mox extendunt. Sic sancti apostoli
dum ad celestes sursum peruolant regiones. contrahunt
ad se pedes. idest sibi subditos et sequaces. Hinc usque
sancti apostoli auibus comparantur quemadmodum supra

Aristoteles. In lib° problematum. Cum sub aqua apertis ocu Cap° de
lis steterit oculis. virorem quendam invisum Beatitudine
mirabilemque videbit. Cuius signum est. Nam ut ait theofrastus
in de parte sensitiva. Apertis sub aqua oculis. cuncta que sunt
viridia estimantur. Cuius causa est densitas medii. ut asserit P.
commentator. Sic et qui aquis tribulationis varie immersus
steterit. virorem tandem eterne beatitudinis apparebit ¶ Unde
augustinus. In epistola ad volusianum. Cum michi immersus
fuerit tribulationibus huius vite. inmergetur et ipse fluen
tis beatitudinis sempiterne. Fontinus. In de scriptoribus vniusi.
Ut quidem vitra solem limpidius videamus. vitrambus vi
sum nostrum aliqualiter obumbramus. Sic ut et nos beatitudi
nem videamus limpidius celestium premiorum. vitam nos
obumbrari necesse est bonorum operum et virtutum ¶ Z.
Unde. Dionisius. In de celesti. ierarchia. Nequaquam prima
sumetur eterne beatitudinis. nisi vim faciat manus boni
operis et virtutis. Alexander. Super 3m metheororum. Aque calide
non fluunt nisi super terram sulphuream. calidam et ama
ram. Circa quod advertendum. quod ut refert plinius. In Spe
culo naturali. Reperte sunt quedam aque. calide ve
hementer. Cuius caloris causa est. terra sulphurea. quam
preterfluunt aque ille. Hee autem aque. balnea sacra sunt
a philosophis nuncupata. Sic et nequaquam fluent fontes
eterne beatitudinis. nisi super amaritudinem penitentie et A.
doloris ¶ Unde. Remigius. super Matheum. Inundant autem
marie ipsa flumina fontis vite. in mentis vere amaritu
dine et dolore. Require de felicitate. Archita. Tharen
tinus. In lib° de eventibus in natura. Aspicientes vitra
solem. mox sternutacio sequitur. oculus lacrimatur. et visus
noster aliqualiter obcecatur. Nam ut ait philosophus. In 2° de anima.
Excellens sensibile. allidit aliqualiter ipsum sensum. et obstupescere fa

cit quodammodo ipsum sensum. Sic in intendendo lumen beatitudinis
eterne. sternutationem oportet facere penitencie. lacrimarum
contritionis amare. extractam quoque quantum ad radium feli
citatis affluencieque mundane. ¶ Unde. Augustinus in Enche
ridion. Tria necessaria ad accipienda eterna requiruntur gau
B. dia. lacrima quidem penitencie. austeritas huius vite. et uelud
quasi cecus foret. bona huius mundi omnia abnegare. Hucusque.
Postquam igitur celestem beatitudinem comparauimus lumini
sunt consequenter eam fulmini divinius debet con
parari. ob uarios fulminis effectus. accidentia et naturas
commemorat. In libro de impressionibus aeris. Fulmen attendit re
nota sub aquis. extra aquas uero minime. Cuius signum est.
sicut ut refert fontinus. piscatores tunc temporis recia ex
trahunt aquis. comburentur namque ut aiunt. Cuius causa
C. non tangetur infra. capitulo de vindicta. Sic beatitudo celes
tis patrie. mentes attendit in aquis tribulationis et moles
tie. nequaquam autem in arido felicitatis affluencieque mun
dane. ¶ Unde. Cassianus in libro collacionum. sanctorum patrum. Be
atitudo magna felicitatis que celestis. in solis radicatur aquis
penitencie et doloris. Allexander super 3 methaurorum. Ful
men quidem semper fertur deorsum. minime uero sur
sum. Cuius causa tangetur infra. capitulo de visione.
Sic beatitudo celestis. semper fertur in deorsum humili
D. tatis. non autem in sursum superbie et tumoris ¶ Unde. Ful
gencius in quarto. mythologiarum. libro. Beatitudo quidem eterna.
humilitatem respicit. celsitudinem non omnino abicit et con
temnit. Arduus Tharentinus in libro de euentibus in natura.
Ignem quippe fulminis. solus extinguit et suffocat uir
ginis. Cuius ratio habita est supra. Sic et ipsum extinguit
beatitudinem celestis glorie. ignis ipse puritatis contemptusque

mundane ¶ Unde hugo. de sco. victore. Nil tamen in nobis
extinguit scintillam eterne beatitudinis. sicut ignis prauitatis
illicitique amoris Theophilus. In Breuiloquio. Durissimum ar
cuum. Extincto fulmine. tonitruum protinus committitur.
Circa quod aduertendum. quia unus et idem est actus. tonitru
um atque fulmen. illud tamen uidetur prius. istud auditur
posterius. eo quod istud sit obiectum visus. illud autem obiec
tum sit auditus. et visus neque nobilior est auditu. ut
ostendit phus. In .i.o methe. Sic extincta in nobis eterna bea
titudine. tonitruum mox consequitur formidinis sempiterne. ·L·
¶ Unde. cassiodorus. super psalterium. Extincto quippe in nobis
eterne beatitudinis atque felicitatis gaudio. horrenda mox
insurgit mortis eterne tenebra et caligo. Philosophus. In .3.o
methaurorum. Fulmen attendit embrionem seu fetum in Ro
materno utero. matrem forinsecus nullatenus attinge
do. Sic beatitudo celestis. fetum attendit ipsius mentis. non ·F·
autem attingit uirtute extrinsecus mee carnis ¶ Unde. Ie
ronimus. In epistola ad Nepocianum. Dat autem se sentiri eter
na felicitas mentis intuitu. minime autem carnis gustu.
Fontinus. In descripcionibus. mundi. Fulmen liquefacit num
mos in bursa. extra uero minime. cuius ro tangetur in no
templo. De voto. Sic beatitudo perpetue uoluptatis. in bursa
nos attendit solummodo sanctitatis. non autem foras in libi
tu uoluptatis ¶ Unde. haymo. super actus. apostolorum. Nostre autem ·G·
sole dulcescit beatitudo perpetua sanctitati. mundane autem est
horrida atque amarissima uoluntati. Hinc usque eterna bea
titudo et felicitas ignem fulminis uehementissime comparatur.
Cetobius. In libro de occentibus orbis. Intra domum. in qua
lumen aliquod fuerit. nequaquam ingreditur ignis fulminis. Sic
beatitudo celestis. non ingreditur mentem hominis. in qua lux
felicitatis mundane fuerit seu candoris. Themistius.

Postquam igitur eternam beatitudinem comparauimus fili
num. nunc consequenter lumini comparatur. ob uari
etatem effectuum quam in ipso fore lumine demonstrat
h. Themistius In Summa naturalium. Enim. Lumen quidem omne
altero superueniente lumine aliqualiter obumbratur. Cuius ratio
est. quoniam sicut ignis ignem dispergit. sic lux lucem disgre
gat. diminuit et distendit. ut ostendit. auicebron. In libro
fontis vite. Cuius eciam signum est. quoniam stelle lucente lu
o. nari lumine noctis tempore minus lucent. ut refert
Eucenus. Item luna in diurno lumine penitus nichil lucet
ut recitat theofrastus. Item ignis in lumine solis minus
lucet et est albus. in tenebris uero rubeus demonstratur
ut ait fontinus. Sic lumen beatitudinis eterne. superueniente
quidem lumine mundane affluentie. in sua mox obumbra
i. tur resplendencia et candore. Unde. Dionisius. In. De Di
uinis nominibus. obtenebratur inquit lumen celestis amen
tatis et glorie. uite huius lumine et splendore Plinius In super
ciclo naturali. Lumen candele extinctum. fetorem efficit
no uehementem. Qui eciam fetor fetum in materno utero
perimit et occidit. Sic lumen eterne beatitudinis in nostris
ob culpam extinctum mentibus. fetorem mox et corrup
cionem efficiet perpetuam cruciatus. Unde. Damascenus. In
k. libro. contra. Errores. Grecorum. Extincto in nobis beati
dinis eterne lumine. attendetur protinus fetor corrup
cionis ichenne. Aristeas. In libro. De. Dimensionibus terre.
Lumen naturaliter desiccat humore et aquositate omne
in corporibus inuentis. testante auicebron. In libro fontis vite
Quam ait tria omne exsiccant exterminantque humorem
o. lux calor atque uentus. Sic beatitudo celestis glorie.
omne in nobis desiccat humore tribulationis molestieque mu

dare ¶ Unde ysidorus. In De summo. Bono. Beatitudo nimirum
felicitatisque celestis. omnem in nobis desiccat lacrimam
cunctamque molestie aut doloris. Aristotiles In lib° problematum
In lumine extrahuntur foras de interioribus sine contumeli-
tibus et cavernulis cuncti sensus. Cuius etiam signum est quod sic L. no
ut ait Eucinus. lumen oblivionem. tenebra vero memoriam
confert. Oblivio namque distractis foras sensibus accidit
Intractis vero sensibus. memoria multa redit. ut ait
Theofrastus In De parte Sensitiva. Sic in lumine feli-
citatis eterne. alie virtutes extrahuntur utique omnes. ad
contemplandam claritudinem maiestatis eterne ¶ Unde Re-
migius. super Johannem. In beatitudine quippe eterna. corda
extra se foras currunt humana. ad contemplandum gaudia
sempiterna. Galienus. In antidotario. veteri. Lumen satis
sanitatem superaddit aliqualem. infirmis aut maiorem no
dolorem pariter et languorem. testante Avicebron. In libro M.
Fontis vite. In lumine quidem sani efficiuntur saniores.
et infirmi infirmiores. Cuius etiam ratio habita est supra
Sic beatitudo iocunda iustis potiora reddit premia. malis
autem potiora supplicia et tormenta. In quantum inde malis
se tenent memorantur amisisse gaudia ¶ Unde Cassianus
In libro collationum. secundum primum. Sicut beatitudo iustis gau-
dium. sic dampnatis penitentia supplicium et tormentum.
Theofrastus. In tractatu. De parte. Sensitiva. Natura quippe
hec est luminis. oblivionem inferre ingeniis sensibusque N.
humanis. Cuius signum est. Nam ut et nos meditemur no
profundius. oculos quodammodo claudimus. ut refert
Simplicius. In comento. Sic natura hec est eterne bea-
titudinis. inferre nimirum oblivionem omnis molestie et doloris
¶ Unde Azianus. In Epistola fidelibus. In Egipto. Beatitudo sola quod
meditari facit quod sint dampnum. malorum aut omnium penitus oblivisci

Aristoteles. In lib° problematum. Lumen sursum de terra ad ae-
rem violenter tollit pulveres. athomosque solares. Cuius signum
est. Nam pulvis solaris in lumine discurrunt et athomi. in
tenebris vero minime. ut refert. Fontinus. ubi sup. Sic be-
atitudo illa celestis glorie. violenter quidem sursum ad se
O. desiderium per trahit mentis nostre. ¶ Unde. plato. In phe-
drone. lib° 1°. Si beatitudinis forma oculis corporalibus inveni-
posset. cunctos ad amorem sui violenter pertraheret
Archita. Tharentinus. In lib° de Inventibus. In statua. lumen
accensum in domo. ignem fulminis reprimit et restringit.
Iuxta id quod ait. fontinus. In descriptoribus. Vmusi. contra
tonitruum valet clamor. seu murmur resonantium campana-
rum. contra fulmen aut accensio candelarum. Cuius etiam
causa tangetur infra capitulo de verbo. Sic beatitudo. per
desiderium quidem in domo accensa dicitur. ignem omnem pellit
P. incendiumque gehenne. ¶ Unde hugo. De sancto v°. Desiderium
accensum in nobis eterne beatitudinis. omnem aufert a nobis
timorem incendii infernalis. Huc usque lumini comparatur
Postquam igitur comparavimus lumini. beatitudinem illam
perpetuam. sunt consequenter ipsam gaudio duximus
comparandam. ob ipsius gaudii varias qualitates.
Aristoteles. In libro. problematum. Vehemens quippe gau-
dium. fletum efficit et inducit. testante. fontino. qui ait. quod
vehementer gaudentes. plorant. Cuius etiam causa tangetur infra
Q. capitulo de iubilo registrato. Sic beatitudo perpetua. pro inestima-
bili magnitudine solatio quod iustis mox tribuit. ipsos sepe ad fletum
ad lacrimasque inducit ¶ Unde. Orosius. sup. Can. Tanta
tanta cum dulcedo felicitatis perpetue. quod mens pro nimio de-
siderio et amore. a fletu nec desistere potest nec cessare
Iohannicius. In tractatu. De Regimine. Sanitatis. Gau-
dium ex sui natura. sompnum dulcem efficit et suavem.

Cuius ratio est. Nam gaudium expurgat et depurat
sanguinem. ut refert Avicenna. In .vi.o medicinalium libro
Puritas autem sanguinis sompnum dulcem facit. ut asserit
Galienus in Anthodotario veteri. Sed nunc obiicet fortassis
aliquis dictum ypocratis in libro Epithymorum. qui dicit
Sompnus profundus et validus. ex corruptione sanguinis pro
venit. Dicendum ergo. quod alius est sompnus profundus. R
et gravis. alius est sompnus delectabilis et suavis. Sic
beatitudo celestis glorie. sompnum dulcem reddit beatitudinis
sempiterne ¶ Unde Richardus. De sancto. vi.o. O quam dulcis
sompnus. quies quam delectabilis quam interna. que beati
tudine eandem pronunciat sempiterna. Palemon In libro De
Signis Naturarum. Gaudium in gaudentibus seu ridentibus
vocem magnam. Fletus autem et tristicia vocem faciunt acu
tam. Cuius etiam causa tangetur infra. In capitulo registro S
De laude. Sic beatitudo amenitatis patrie. vocem magnam
faciet laudis atque iubilationis eterne ¶ Unde Anshelmus.
In libro Exhortationum. In illa quiete eterne beatitudinis. tota
resonabit regio celestis curie. pre laudis magnitudine et valore
Julius. Celsus. In libro De mirabilibus Nature. Gaudium infert
agilitatem et efficit levitatem. Cuius ratio est. Nam gaudium
subtiliat spiritus. et alleviat ipsum pectus. ut asserit Con
stantinus. Subtiliatis autem spiritibus. et alleviato pectore
agilia mobilia que et levia efficiuntur corpora universa. ut as
serit Galienus. ubi supra. Sic beatitudo vera homines. agiles T
maxime ipsos efficit atque leves. ad cuncta bona opera seu vir
tutes ¶ Unde. Boetius. In epistola ad Reginam virginem.
Mente revolve tuam eternam illam celorum beatitudinem. et
mox omne amittes corporis gravitatem. et mitis recipies
levitatem. Philaretus. In tractatu. De Crisi. Gaudium subito
factum. crisim infert lapso et infirmo. Testante Gali rio
eno. qui ait. Oculata danda est spes infirmo. gaudium quia

gignendum. que minimum sepe crescitare faciunt quasi celeste in
firmum. Sic beatitudo salutis perpetue. sanitatem et crisim effi
cit ualitudinis sempiterne ¶ Unde. Ambrosius. In Exameron libro x.
Beatitudo tunc eterna. omnem nostrum languorem abiciet. et sa
nitatem perpetuam introducet. Aristoteles. In libro proble
V. matum. Gaudium fortis mittit de corde totum languorem et cali
orem. Sic beatitudo intra hominem. omnem a corde eius pellit
fortis molestiam et dolorem ¶ Unde. Ignatius. In epistola
ad Senmorem. Ueniet hora in qua omnem dolorem a corde
hominis. beatitudo illa absterget abicietque celestis. Constantinus. In
libro. de melancolia. Gaudium subtiliat et depurat. cruorem
corporis uniuersum. Sic beatitudo celestis. lumen depurat et
subtiliat rationis ¶ Unde. Cassiodorus super psalmos. meditacio eter
ne beatitudinis. subtilitatem nostre atque limpiditatem efficit rationis
Johannicius. In libro. De Regimine Sanitatis. Quicquid cor
X. ruptionis circa pectus hominis colligitur. totum hoc ipsum
gaudio exsiccatur. testante Galieno qui ait. Tussis et
gaudium. eiusdem sunt efficacie et uirtutis. medicinalibus
cum hiis. pectoris tota corruptio exsiccatur. Sic quicquid
molestie aut doloris. intra in corde colligitur hominis.
hoc totum abicitur in lumine beatifice uisionis ¶ Unde Hu
go. de sancto Victore. Nil doloris prorsus remanebit in corde
hominis. in aduentu felicitatis beatitudinisque celestis. &c.
Alzabitius. In theorica planetarum. Benigni Cap. De
benignum habent planetam seu stellam. de Benignitate
Y. dominante sue nascentie. atque morte. testante ptolomeo
qui ait. Constat inquit mites et benignos homines. sub be
nignis fore natos fatis et constellacionibus uniuersos. Sic
benigni mitis homines erga hominem. benignum et sibi habe
bunt dominum conditorem ¶ Unde. Sidonius In Epistolari. Qui
benignus fuerit hominum. benignus et sibi erit conditor
uniuersi. Recurratur ad capitulum. De Pietate registrato.

philosophus. In problematibus. In corpore quidem humano. dextra
semper maiora sunt quam sinistra. maior enim est dextra ma
nus. quam sinistra et oculus dexter maior est quam sinistra.
Cuius etiam causa tangetur infra. capitulo De. Iusticia.
Registrato. Sic et in homine. semper maior sit dextera pie
tatis. quam sinistra asperitatis. Unde. Basilius. In. Sermone Z.
Semper maior sit pietas hominis. quam nimia severitas et
peritas quam rigoris. Recurratur ad capitulum De. abbate. re
gistratum. Theophilus. In. Breviloquio. diversarum. artium. Leni
sique flatus nostri vento. dolorem tumoris aliqualiter
mitigamus. Sic lenibus benignitatis sermonibus. proxi
morum atque Generis. mitigamus corrigimusque excessus
sus. Unde. Gregorius. In. pastoralibus. Benignitate quippe sino
nimi. excessus sedamus facilius subditorum. Solinus In. li.
Rerum. Ex herbarum dulcedine seu radicum. serpentes sunt
sugunt hauriuntque venenum. Sic et mentes humane. A.
sepe ex nimia benignitatis dulcedine. venenum extrahunt
amaritudinis sempiterne. Unde. Richardus. De. sancto. V. Sepe
nimia benignitas seu libertas erga hominem. amaritudinem
pro mercede recipiet infernalem. Loxus. In. phisonomia.
Palemonis. Lenes digiti et oblongi. bona naturalia indicat
et demonstrant. Sic lenitatis atque benignitatis opera. boni
tatem in esse indicant a natura. Unde Salustius. In
Iugurtino. Ut frequenter compertum est. quod tirannorum. peiores
benigni non erant ceteris meliores. Et hec de Be B.
nignitate dicta sufficiant. Cetera. In. tabula et Registro.

Antimus. In. Descriptionibus omnium. Ebore capitulum De
quidem naturaliter attrahit ipsum aurum. et Castitate.
signum est. plam ut refert. Euenus. Pincerne exquisitores no
auri. ipsum in aqua scutellis eburneis capiunt et colligunt.
Sic et ebore castitatis. aurum illud attrahit felicissime

deitatis ¶ Unde Ambrosius. In libro de virginitate. Totam sibi
abissum intrahit deitatis. ipsa castitas seu mundicia virgi
nalis. Recurratur ad capitulum de virginitate. Archita Tha
rentinus. de eventibus nature. Speculum visui oppositum
Basilisci. ipsum perimit et occidit. cuius causa habita est supra.
C. Sic speculum castitatis. totam occidit versutiam diabolice
pravitatis ¶ Unde Egisippus. Ieronimi. li. 3o. Per castita
tem namque corporum. infernalem in nobis occidimus
inimicum. Require de continentia. Theophilus. In Breviloquio
nota Dinarum. dicit. Rosa rori intincta. toto anno florida con
servatur. Sed de hoc requiratur supra. Sic mens hominis
que rori castitatis intingitur. incorrupta eternaliter
servatur ¶ Unde Boecius. In epistola ad Reginam virginem.
Caste quidem mentes hominum. corruptionem nequaquam
D. accipient in eternum. Comestor. Aureis. Sup. cimerethia
autem. Cristallus. lac sibi naturaliter intrahit et imbibit
nota cuius eciam signum est quod refert Gilbertus. In libro de Se
cretis mulierum. Nutrices que de cristallo biberint. multo
habundabunt lacte. Sic cristallina illa atque limpida casti
tas hominis. lac sibi imbibit eterne dulcedinis et amoris
¶ Unde. In libro soliloquiorum Augustini. Dulcedo que ex deo tribuitur
non nisi castis mentibus bibitur et potatur. Plinius. In Speculo
Naturali. Flos quidem omnis. non aque sed inmergitur vino
E. forti. cuius racio supra tacta est. Sic flos ille filius virginis
in aquis illicite pravitatis. nolens nuptias. sed vino inmergitur
delectabilis castitatis ¶ Unde Hugo. de sancto Victore. Flor. quod

in quacumque gemma reperta fuerit insculpta effigies vir
ginis. talis inquam gemma graciosum reddit hominem virginem
ut refert Evax. de sigillis lapidum. Galienus. In antho
dotario veteri. Cuncta quidem vulnera. solis sunt virgi
nota neis manibus alliganda. Ceter. In Capitulo de virginitate.

Commentator. In libro de impressionibus aeris. Quamvis nu- **Cap. de**
bes velociter atque fataliter scinditur. tonitruum quod **Confessio.**
egreditur sine fulmen. penitus nichil nocet. Cuius ratio est
quia nubes. que difficulter frangitur. vaporem validius ve
hementiusque expellit. Impulsus autem valide vapor nubis.
ictum magnum facit. Sic mens. quam confessio velociter F.
fataliterque distendit. illesa a tonitruo dampnacionis dei sententie
permanebit ¶ Unde. Richardus. de sancto victore. mens quam
cito. confessio ipsa scindit et aperit. a fulminante sibi dei
sententia nullatenus pertimescit ¶ **Galienus.** In antidotario
veteri. Quamvis morbus ad exteriora vergit membra ipsius
corporis. corpori se intrinsecus est indicium sanitatis. Cuius ratio
est. quia ut ait avicenna. peius est infirmitati corporis hu
mana intrinsecus quam extrinsecus. Sic dum peccata per con
fessionem foras prodeunt. signum est. quia iam sanitatem
mentis et corporis accipiunt ¶ Unde Eusebius. In sermone. Cum
foras de corde prodit confessio. peccator ipse a morbo suo G.
convaluit universo. **Avicenna.** In libro suorum mineralium. In quacumque nota
regione. noctis tempore. flamma erumpit supra terram. ibi the
saurus fore demonstratur copiosius. Cuius tacita ratio est supra.
Sic in quacumque mente. flamma confessionis erumpit. ibi
thesaurus fore vite eterne innotescit ¶ Unde Gratianus
In apparatu Iuris. Erumpente confessione hominis. mox the
saurus subingreditur felicitatis beatitudinisque celestis. **Plinius**
In Speculo naturali. Arbores que multum emittunt gum
mi. optime conveniunt et congruunt edificiis construendis.
Quesierunt enim sapientes architectores. pro domibus facien H.
dis arbores. que multum gummi egerunt et emittunt.
Sic corda humana. que multum gummi confessionis faciunt.
ad celestem faciendam structuram habiliores se disponunt.
¶ Unde Guido. In Sermone. Confessio quando cordis
humani. templum in se et domum suo edificat conditori
Require. ad capitulum de penitentia. **Nestorius.** In libro de ...

ceam. Circulo. cuiusque fontes qui in fundo maris sunt spumam
No suam. eiciunt et emittunt. eo anno tuti erit ad regiones
quaslibet navigare. Sic et dum mentes humane. spumam
emittunt confessionis in tunc. mox facile est devenire ad
portum quietudinis sempiterne. Unde Eusebius. In sermone.
I. Dum exeunt mare confessionis et penitencie. non suf
ficiunt enarrare magnitudinem pietatis divine. ysidorus
In historiis naturalibus. Formica cum sit tenuens. amissa
vestigia sui itineris. requirit ipsa ore. gustando modo
hinc et inde. Sic peccator amissa vestigia celestis patrie.
ore confessionis ea studeat invenire. Unde Beda. In
omelia. Viam que vadit ad celum. sola circa invenit
confessio peccatorum. Allexander. Super 3. methaurorum. Muste
submerse aut mortue. dum calidis cineribus involute
K fuerint. protinus revivisscunt. Sic et anime humane.
dum cineri inmerguntur confessionis et penitencie. mox
vite restituuntur vite hactenus sempiterne. Unde Cri
sostomus. Super matheum. Dum enim ob culpam mortuus fu
erit. cum confessionem fecit. continuo tam in corpore
quam in mente felicius revivisscit. Aristoteles. In libro proble
matum. Modicum salis igni in iectum. mox repellit
multum aut de sale. in igne manet absque strepitu et
fragore. Sic modica confessionis acerbitas. aures ma
L gis irritat provocatque divinas. valida aut facta con
fessio. grata manet in aspectu in intuitu divino.
Unde fortunatus. In carmine. Deo omnipotenti ille illudit
qui confessionem fictam et diminutam facit. Theophilus. In
Breviloquio. Divisarum. artium. Panis calidus gravior
est quam frigidus. sed cum fortis exalaverit aquositates que
in pane fuerit. continuo levescit. Sic et dum confessio
nes de corde hominis exalaverit. mox ipse ad eterna leviter

facienda opera levior apparebit ¶ Unde. Jo. Beleth. In summa.
Nox enim facta confessione hominis levius signanter redditur
in actibus inmissis Archita. Tharentinus. In libro. De eventibus No
In natura. Ad presentiam occisoris sanguis emanat de vulne
ribus occisi hominis. Cuius quidem effectus ratio multiplex ·M·
a philosophis assignatur. Dicit Durandus. In 3o libro suo.
hoc esse effectum demonum. qui nituntur efficere. ut fortassis
innocens. pro reo sanguinis habeatur. Aut ut fortassis qui
ipsum occiderat capiatur. et in peccatis suis sine peniten
cia moriatur ¶ Aliter autem opinatus est Fontinus. In Descrip
tionibus universi. qui dicit ad presentiam occisoris emanare No
sanguinem ideo. quia fortassis alique gutte sanguinis occisi
remanserunt in vestibus aut in gladio occisoris. qui et
sanguinem sibi attrahunt de corpore vulneribusque occisi.
Thomas. Aut de Aquino. In Summa contra Gentiles dicit ·N·
quosdam spiritus seu radios visuales occisoris relictos
in occiso. qui dum presente occisore commoti fuerint. commo No
netur et commotus ipse sanguis et effluit de occiso. Ad presenti
am igitur occisoris. Et cetera. Sic ad presentiam confessoris.
qui videlicet hostem occidit in mente hominis. mox tota per
confessionem culpa effluat de vulneribus peccatoris ¶ Unde
Gregorius. In pastorali libro. Ad presentiam igitur confessoris ni
hil tam gracile tam parvum. quod velis aliqualiter occulta
re. Aristotiles. In libro De Regimine principum. ad Alexan No
drum. Congruum quidem est corpori sanitati. ut sumpto ·O·
cibo. homo dimissa varietate loquatur. Cuius ratio est quia
conferendo sermones delectabiles. sompnus dulcius sequitur.
et digestio purior committitur. Sic et congruum est saluti anime.
ut quis cum suo in confessione diversa agat et conferat
confessore ¶ Unde. Augustinus. De fide. ad Petrum. Multa necesse
peccatorem in confessione investigare et querere. super
sua proximique salute. Commentator. In libro. De impressionibus

aeris. Bassa. rupta que et diuisa nube. intemperies mox
cessant atque tonitrua uniuersa. Cuius ratio est. quia impres
siones nubium. exalare non possunt persistente integra ipsa
nube. Ruptis igitur nubibus fortis produnt. sicque to
nitrua intemperiesque quiescunt. Sic rupta mente ho
·P· minis. confessionis impulsibus et doloris. mox cessat in
temperies atque quassato quidem ois. Unde. hugo. de sancto
victore. Cumque mens nostra in confessione resoluta fuerit.
mox tota conquassato tam mentis quam corporis compe
scat. Theophilus. In. Breuiloquio dixerunt. arcum. flatu ore
oris nostri. extinguimus lumen et accendimus ipsum ignem.
Sic ore confessionis sedule. lumen in nobis extinguimus
iniustitie resplendentieque mundane. ignem autem accendimus
amoris atque karitatis interne. Unde. celestinus papa. In
Sermone. confessio necesse est extinguat amorem illicitum.
·Q· attendat autem uehementius amore desideriumque diuinum.
Palemon. In libro de Signis. narrauerunt. Signum quippe est
puri et nobilis sanguinis. atque iditium quando sanctitatis.
rubere et uerecundari in uerbis quibuslibet ipsum uultum.
Sic et iditium est sanctitatis anime. in confessione sua peccore
uerecundius erubere. Unde. leo. papa. In. Sermone. Quan
to maior uerecundia in confessione fuerit. tanto pres
tantius hominem erigit. tantoque diuinis dulcius auribus
innotescit. Fontinus. In. De temporibus. uniuersi. In tranquillita
te aeris. altius et rectius surgit flamma. Uentus namque
et commotio aeris flammam ignis reprimunt uersus terram
·R· Sic in tranquillitate tam mentis quam corporis. rectius in
deum surgit flamma confessio penitentis. Unde. Guido
In. 3o Sermonum. opusculo. Si pacifica et tranquilla uita
fuerit. confessio diuinis uelocius aspectibus innotescit
Archita. Tharetinus. In libro De. Eueniencibus. In. Flatu. Can
dela ameri intincta. facilius inflammatur. Sic mens in tuta

cineri confessionis et penitentie. igne inflammatur protinus
amoris atque karitatis interne ¶ Unde. hugo. In libro pe
nitencialium. Mox enim cum mens amaritudini confessionis
immersa fuerit. divino in amore sincerius exflammescit
Ypocras. In Epithymiis. Significat quidem omne cum exeunt nota
cum morbum corporis. effluxus in febre per nares sanguinis
seu cruoris. Sic et signum est future sanitatis. confessio S.
et effluxus hominis. criminibus perpetratis ¶ Unde fortunatus
In carmine. In confessione quippe hominis. redit mox sanitas
mentis et corporis remissis. Aristoteles. In vi. animalium libro Cumque
in infantibus dentes nasci incipiunt. magis plorant. Sic dum
dentes orti fuerint confessionis exprimende. meliori mor
humescat peccator lacrima et dolore ¶ Unde Cassianus. In libro
collationum. sanctorum patrum. In confessione siquidem allidentur
dentes. lingua. atque tota virtus animi. pro amaritudine et dolore
Algazel. In libro De dispositione membrorum. In vehe T.
menti quippe dolore. dentes ad invicem comprimuntur vehemen
ter. Sic et nos in omni dolore et molestia huius vite. den
tes comprimamus confessionis fervide et devote ¶ Unde Azi
anus. In Epistola Fidelibus. In Egypto. Reminiscamur in vin
cem dentes tam mentis quam corporis. ut vocat nos et
confessio innotescat auribus salvatoris. Require ad capitulum
De penitencia. Aristoteles. In libro De Regimine principum ad
Alexandrum. Os tenere apertum in sompnis. humane s
est principium sanitatis. Cuius racio est. quia fumositates as
cendentes e stomacho. que clauso ore exire petunt.
oris aperto hiatu. foras exeunt et recedunt. Sic summe V.
me valet in sompno presentis ignorantie. os confessi
onis apertum semper patulumque tenere ¶ Unde Richar
dus. De sancto victore. Semper quidem in hac vita os nostrum. con
fessionibus et laudibus iugiter stet apertum. Cetera
De confessione. requirantur. In capitulis De peniten
cia item De amaritudine et dolore infra registratis ¶

Galienus. In anthodotario veteri. Ad odorem rose capitulum De
caput leditur et corrumpitur vehementer. Cuius Delicijs.
racio est. Nam odor florum qui in ultimato gradu sunt fri-
giditatis. catarrum. brancos. tussim que efficiunt et corrosiua
quibus pectus corrumpitur atque caput. Sic ad roseum illum
X. odorem deliciarum huius seculi. totum cordis corrumpitur
desiderium affectioque humani ¶ Unde Salustius. In Jugur-
tino. Quid enim aliud est odor deliciarum. quam cecitas et ob
umbracio animi. Ptolomeus Almagesti primo. Celum quidem
lucem sumit a stellis et a mundo. Testante Alkabicio. In
theorica planetarum. qui ait. Celum illustratur a stellis per
rectam luminis infusionem. Illustratur et a mundo per luminis
refractionem ac reflexionem. Sic celum beatissime trinitatis.
non solum delicias sumit a beatis. Sed et in filijs hominum.
ab omni labe criminum depuratis ¶ Unde. Ieronymus. super librum
Y. Sapientie Delicias suas querit deus in filijs hominum et
in legionibus angelorum. Refertur. Ad capitulum De venustate.
Aristotiles. In libro. De Regimine principum. Ad allexandrum
In sanum quidem est valde. in depictis atque ornatis pallacijs
obdormire. Cuius racio est. Nam resplendencia picturarum
varum. fantasias multas in sompnis suscitat. que impedi
unt ipsum sompnum. Nec mirum quidem. refert enim Costa
tinus. quod qui iuxta ignem dormit. visiones igneas ac
capiet et videbit. Sic sume nociuum languenti ac sompnum
quidem sanum facit. in resplendencijs et delicijs huius vite.
¶ Unde Sidonius. In Epistolari. Sepe nimirum homo ex
Z. delicijs huius seculi. morbum incurrit supplicij perpetui
in. Require De pictore philosophus. In problematibus. Ad so
lis intuitum et aspectum. cecucientes efficimur. et aliqualiter
lacrimamur. Sic et post mundi huius delicias. cecitatem
incurrimus. et lacrimam perpetuam faciemus ¶ Unde
Fulgencius. In 2° Mythologiarum. libro. Confidentie namque de
licie. cecitate infunditur. atque lacrima custodie eterne ¶

Centolimus. In libro. De Giro orbis. Virides montes seu val
les. maiorem in nocte tenebrarum caliginemque induunt. Ista
ut refert Theofrastus. In De parte Sensitiua. Viridis co
lor. in tenebris vehementius tenebrescit. Sic et mentes que
humane. in presenti vita deliciose inventas et fulgide. in nocte
subsequentis miserie. maiori umbrescent caligine et horrore.
¶ Unde. Athanasius quartus in Sermone. Quanto magis a.
nunc homo delicijs affluit. tanto horridiore tenebrarum ca
liginemque subibit. Solinus. In libro. Rerum. Quanto fulgidi
or in capite. ipsi stelliones fuerint aut serpentes. tanto utique
veneno sunt atque in invidia pleniores. Cuius ratio est ista vene
num in serpentibus et lacertis evaporat in capite. ubi que sui ves
tigium efficit et relinquit. Cuius et signum est. Nam ut refert
plinius. In Speculo naturali. Crucem nigram in dorso.
unius habent asine. eo quod emunctoria melancolie sit medulla
dorsalis sive dorsus. et cetera. quadrinomiis ... capitulo De eq. b.
Sic minimum per omne modum. quanto fulgidiores delicijs
fuerint in hoc mundo homines. tanto in posterum veneno
eterne amaritudinis pleniores. ¶ Unde. Haymo. Super
Apocalipsim. Quanto magis nunc homines delicijs affluunt. tan
to in futurum acerbiore amaritudinem sustinebunt. Galienus
In vi° medicinalium libro. Eo tempore quo herbe virent
et florent. nullius sunt in medicina efficacie et virtutis
Cuius ratio est. Nam tunc tota virtus herbarum in flo
res frondesque exit et proficit. ut refert. Platearius libro
octavo. Cuius etiam signum est. Nam ut ait Euenus c.
Cuncte herbe. maioris sunt virtutis et efficacie. in hi
eme quam in estate. Cuius causa ratio est. Nam. in hieme. virtus
humorque herbarum. radicitus intus manet. In estate
autem exalat. et in flores in frondesque excrescit. ut re
citat. Quadrarius. libro. quarto. Cuius et signum est. Nam
medici in hieme maxime et in vere radices aptas colli
gunt medicine. ut refert. Fontinus. Sic cum homines ma

gis fulgent delicijs. eo et tempore minoris sunt exercitij et vir
tutis. atque ingrati aspectui conditoris ¶ Unde. hugo. de sancto
victore. Delicie ergo hominem. omnem sibi auferunt gratiam
et virtutem. Galienus. In anthodictario. veteri. Eger ex
no in tinea specialiter. nature amplius vehementius egrotat. Cuius
D. ratio tacta est supra. Sic peccator in delicijs. maioris atque
periculosioris efficitur egritudinis et languoris ¶ Unde re
mingius super Iohannem. Dum peccatis se implicat. in delicijs
suppeditatus semper peccat. Nestorius In libro de orcoam cir
culo. Plangentibus nobis ad aquilonem. montes tota noc
no tis que ignem emittunt. quibus qui appropinquant. moriun
tur. Cuius ratio est. Nam terra que circa fines est aquilo
nis sulphurea est nimium et amara. Quamobrem montes
illi tam semper sic ardent que. ut refert plinius. In
speculo naturali. Cuius etiam signum est. Nam ut re
citat augustinus. Infernus et purgatorium in septen
E. trionalibus fore partibus estimantur. Sic circa aqui
lonem mortis humane. magis efflammescunt felicitates
deliciaeque mundane ¶ Unde. sixtus. pithagoricus. Quanto
quis morti vicinior fuerit. tanto mundi huius delicijs ef
fulgebit. Vegetius In libro de re militari. Cumque spuma
maris. noctis rubet tempore. naute naufragium sibi
presagiantur. Cuius etiam ratio tangetur infra. capitulo. de
visione. Sic dum nobis spumescit huius mundi lucent
delicie. naufragium maior timendum periculositatis eterne
F. ¶ Unde. haymo super apocalipsim. Cum nobis huius fulge
tibus delicijs. timor maior ingruit periculi infidelis
recurrit. ad capitulum de vetustate Constantinus In trac
tatu. De naturis. liquidorum. Dum in litore dum gradi
circa aquas. languorem ex aquis contrahit aliquis. Cuius
ratio est. Nam ut dicit. avicenna. ex humectatio nimium
aere. inficitur ipsum corpus. Aer autem aque gignitur
vaporibus et multis nimium humectatus. ut dicit Gali
enus. In vi.o medicinalium. libro. Sic qui dum ambulat

circa aquas deliciarum huius seculi · morbum tandem contrahit
eterni supplicii et tormenti ¶ vide · Cassiodorus super psalterium · Cum
quippe qui mundi huius delicias intuitur · mors ipsum et defor-
mitas perpetua comitatur · Recurratur ad capitulum de morte.
Ysidorus in historiis naturalibus · Serpens in fervore solis et
luminis spericum circulumque describit · Sic peccator in lumine G
deliciarum huius seculi · circulum in se describit supplicii sem-
piterni ¶ vide · Gratianus · in tractatu de apparatu · Peccator quasi
vivens in deliciis · pene adaptatur caliginis infernalis ·
Recurratur ad capitulum de vilitate · Plinius · in Speculo na-
turali · In ortis quiescentibus · sompnus periculosus accidit
et profundus · Periculosus quidem · nam in aliis · vermes in-
siliunt et serpentes · Aut fortassis quidam vermes · ipsorum sub-
ingrediuntur aures · Profundus vero · nam exalationes
terre sibi imbibunt · qui in ortis dormiunt · ut recitat
Theocentinus(?) · Sic qui in ortis obdormiunt deliciarum huius h
vite · sompnum profundum faciunt in vastitudinis sempiterne
¶ vide · Haymo · super Apocalipsim · Qui inquit in deliciis mundi
huius obdormiunt · sompno timendum mortis perpetue
obtorpescunt · Hec usque de deliciis dicta sunt Capitulum De Dilectione
Aristotiles · in libro problematum · Stantes in umbra
limpidius contemplamur · Cuius racio est · nam ut ait · The-
ofrastus · in de parte sensitiva · visus noster in lumine distra-
hitur · in tenebris vero adunatur · Cuius eciam signum est · nam
ut limpidius videamus · visum manibus obumbramus ·
ut refert Eucenus(?) · Sic et nos stantes in umbra dilectionis
interne · gaudia contemplamur limpidius beatitudinis sempiterne J
¶ vide · Cassianus · in libro · collacionum · patrum · Sitientibus(?)
nobis in dilectione dei · lux ipsa lucebit sincerius candi-
dius radiis quam diurni · Comentator · in libro · De impressionibus aeris ·
Cum ros ceciderit · serenitas presto erit · Cuius racio est · nam
serenitas ex purgato aere fit · ut ostendit philosophus · in 2° me-
theororum · per descensum autem roris · expurgatur regio
aeris · ut ait Fontinus(?) · Sic cum ros descenderit dilectio

ms intime· serenitas mox consequitur felicitatis eterne·
¶ Unde· Guido in Sermone· In rore siquidem dilectionis
diuine· pax est tranquillitas felicitatis eterne· Theophilus
in· Breuiloquio· Diuisarum· arcium· Virga per ignem subito
tracta· flexibilior efficitur· Sic mens traducta per ig
K· nem dilectionis eterne· magis flectitur in viam salu
tis eterne ¶ Unde Cassianus· In libro· Collacionum sanctorum
patrum· Cumque mens nostra igni dileccionis intumescit· mox in
viam salutis et gratie uerius adaptatur· Aristoteles· In
libro· problematum· Qui pedem aut manum mouerit in
aqua calida· maiorem inde sentit percipitque calorem· Sic
qui affectiones suas· in bono mouerit opere ac exerci
tauerit in uirtute· maiorem inde calorem senciet di
leccionis atque karitatis diuine ¶ Unde Boecius· In· Epistola
ad Reginam virginem· Sola uirtus anime· gaudia habet
L· degustare iocunditatis atque dilectionis diuine· Constantinus· In·
tractatu· De naturis liquorum· Cumque virga fonti im
gitur· fons ipse factus dulcior comprobatur· Sic dum
cor quidem hominis· fonti imergitur diuini eterni et a
moris· mox gustus ei sentitur celestis refrigerii et
dulcoris ¶ Unde· Cassianus· In libro· Collacionum· sanctorum
patrum· Nisi mens nostra fonti amoris intincta fuerit·
eius nequaquam suauitatem aut dulcedinem degustabit
Johannicius· In· libro· De regimine· Sanitatis· Sunt autem
manus post cibum frigide semper sane· Iuxta id quod ait
ypocras· In Euthymijs· Frigus in quam in auribus et
nō· M· in manibus hominis· sic est indicium sanitatis· Sic et men
tes humane· in dei dilectione algentes et frigide· sine
dei dilectionis refrigerio liquefacte· salutis sic sunt in
dicium atque beatitudinis sempiterne ¶ Unde· Augustinus· In Soliloquijs·
Signum quippe est salutis eterne· dum mens mens· dei
refrigerata aut liquefacta fuerit in amore Comestor
In· libro· De impressionibus aeris· Proprium quidem est roris

z pruine. in die non descendit sed in nocte. Sic z geminum est
dilectionis divine. non in die defluere mundane felicitatis
z affluentie. sz in nocte contritionis z penitentie. Unde. Cirillus
super matheum. Hoc enim de ratione dilectionis cristi creditur.
ut non mundi huius felicibus. sed afflictis quibus meritis
tribuatur. Solinus. In libro Rerum. Cuncte nimirum aves
que crudis vescuntur carnibus. nullatenus bibunt aquam. N.
Sic z mentes humane. que carnibus vescuntur voluptatis
illicite. aquam non bibunt amoris atque dilectionis divine
Recurratur ad capitulum De amore. Theophilus. In Breuiloquio
Diversarum artium. In extremitate ligni igne usti. ex-
stillat quidam liquor. Sic z in mente dilectione fervida
fluenta fluunt z refluunt sempiterna. Unde. Origenes. Super
Cantica canticorum. Dilectioni siquidem diversarum fontes emanant
z influunt gratiarum. Auicenna. In libro Naturarum mineralium.
Adamas seu magnes non trahit ferrum ignitum. sed
frigidum penitus z extinctum. Sic cristus non trahit -O.
mentem carnali dilectione flammeam. sz ab omni prauo
ardore frigidam penitus z extinctam. Unde. Ambrosius
In libro De virginitate. Non in corpore sibi cristus. in
in munda dilectione fervidos. sed ab omni prauo desiderio
penitus alienos. Fontinus(?). In Descriptionibus universi. Ignis
copiosius ardet z lucet. noctis tempore quam in die. Cuius ro(ratio)
e. fletum diaphanitas transparentia quam diurna. ignem disgre-
gat z distrahit unuisum. ut ostendit Theofrastus In De
parte Sensitiua. Sic ignis dilectionis divine copiosius
lucet in nocte tribulationis z penitentie quam in die felici- .P.
tatis affluentieque mundane. Unde. Eusebius. In Sermone
Surgente tribulatione seculi. magis attendit amor di-
lectio quoque cristi. Recurratur ad capitulum De karitate
Euenus(?). In libro. De contentibus orbis. Ignis ab aqua
nequaquam extinguitur absque tamen strepitu z fragore.
Sic z ignis dilectionis divine. per aquam non extinguitur

prave concupiscentie. absque strepitu consolationis eterne. id est. nisi
conmictum strepitus miserie sempiterne ¶ Unde Ciprianus
exponit. In libro. De xii. abusionibus seculi. Qui ignem mite
dei dilectionis habet. igne iehenne validius vehementiusque
accenditur. Constantinus. In tractatu. De naturis. liquidorum.
R. Post cibum amarum. potus dulcescit. Cuius ratio est qualita
tis contrarietas in contrarium permutata. quemadmodum refert
theofrastus. quod aqua calida hiemali tempore citius congelatur
quam aqua frigida. Cuius etiam causa habita est supra. Sic
post cibum amarum penitentie. potus est suavior amo
ris atque dilectionis divine ¶ Unde. Cassianus. In libro.
Collationum. patrum primo. Amaritudini penitentie. succedit
dulcor dilectionis atque consolationis eterne. Fontinus. In. De
scriptoribus. unius. Qui silicem in ore tenet dum bibit. po
tus ei suavior atque dulcior apparebit. Sic qui cristum in
ore et corde tenuerit. potum dilectionis cristi suavius
R. degustabit ¶ Unde. ysidorus. In. De. Summo. Bono. Cristum si
in mente tenueris. etiam que omnem rationis transcendit alti
tudinem. dulcedinem degustabis Avicenna. In. libro. De. quatuor
diluviis. Omnis fons existit dulcior noctis tempore quam in die.
Cuius ratio tacta est supra. Sic fons dei dilectionis et
gratie. dulcior nobis est. in nocte tribulationis et peniten
tie quam in die felicitatis affluentieque mundane ¶ Unde.
Orosius super. Can. Canticorum. In tribulatione siquidem et angus
tia. unum dulcius desiderium dilectioque divina. Require de
attentione. Constantinus. In libro. De melancolia. Silices igniti
Nota f. S. et in lacte optimo extincti. omnem auferunt ptisicam atque
ethicam passionem. Sic et mentes humane. in deo ignite di
lectione. atque in lacte temerse dulcedinis interne. omnem
auferunt morbum molestie sempiterne ¶ Unde. hugo. de sancto
victore. Mentes in dei dilectione fervide. atque divine
iocunditati dulcedinique intincte. pene a se pellunt mo
lestie universe theophilus. In. Breviloquio Diversarum. ar

cium. Una gutta aque frigide. totam reprimit ebullicionem
ferventis olle. Sic una gutta dei dilectionis. omnem ebulli
cionem reprimit cuiuscumque molestie aut doloris ¶ Unde. ful
gencius. In quarto. mithologiarum libro. Una gutta divine
dulcedinis. omnem sinamaritem opprimit dulcedinis corporalis.
Archita. Therentinus. In libro. De Encenialibus. In. prefata. In T
vehementi frigore tecta strepunt. Sic in frigore dilec
tionis atque refrigeracionis interne. corda nostra strepitum
faciunt laudis ac iubilacionis superne ¶ Unde. orosius super
cant. cant. In divine dilectionis refrigerio. mens iocunda
tur uberius in tripudio proximo quam interno Theophilus. In
Breviloquio. Diversarum arcium. ostia humectata. sine strepi
tu se aperiunt et fragore. Sic corda humana. dulcedine
rorida karitatis. mox ingressum se aperiunt felicissime
deitatis Unde. Ambrosius. In. libro. peticionum. Dilectio cristi
dum perfundit hominem. mox ipse mira se apertus. summum V
suscipiet conditorem. Themistius. In. Summa. naturalium encium.
In loco. ubi ros cecidit. ignis difficillime exardescit. Cuius
racio est. prima ut ait. Avicebron. In libro fontis vite. ros ig
ni est naturaliter inimicus. Iuxta id quod ait. Fontinus. In. De
serpentibus venenosis. magis extinguit ignem una gutta ro
ris. quam multe gutte aque pluvialis. Sic in quocumque
hominum ros divine affluxerit karitatis. ibi ignis nequaquam
inardescit supplicii iehennalis ¶ Unde haymo. super apocal.
Ubi ros dei dilectionis influxerit. ibi ignis iehenne nulla
tenus estuabit Galienus. In. anthodotario. veteri. Cum ma
num serpens ferit. si mox in continenti manum lesam X
fonti immerserit. venenum sibi penitus nil nocebit. Sic
quem serpens allisit suggestionis diabolice. si mox fonti
immersus fuerit dilectionis et gracie. ab omni mox immunis e
rit molestia et dolore ¶ Unde. Ieronimus. In. Epistola. ad nepocia
num. mens lesa hominis. dilectionis sanatur fontibus et
amoris. Recurratur. ad capitulum De karitate Philaretus.

Sufficienter igitur determinato de hoc elemento. Deinde
consequenter agendum de hac littera E. Et primo quidem de
sancta Eukaristia. Ad quam reducuntur capitula infra
scripta. videlicet capitulum de Cristo. Item capitulum registra-
tum. De deo. Item capitulum de trinitate. quorum
prosecutionem require infra capitulo de registro.

Philaretus. In tractatu de dietis. Qui naribus cap. de
pius sanguinem sorbet calidum. ipse profecto pronus eukaristia
est sanguinis fluxum. Cuius racio est. Nam ut dicit Avicenna
sanguis sanguinem de corporibus elicit et educit cuius causa signum
est. Nam vulnera que non possunt sanguinem emittere. ultimum ca-
sanguine. sanguinem non incipiunt emanare. Sic qui sanguinem
sancte sumpserit eukaristie. sanguinem profecto misse provocat
iocunditatis dulcedinemque interne. Unde Hugo. De sacramentis.
Qui digne sumpserit carnem et sanguinem domini. tam mente
quam corpore incipit eternitatis iocunditatem. Solinus. In libro.
Rerum. Aves que crudis vescuntur carnibus. nullatenus bibunt
aquam. Sic qui crudam illam sumunt carnem sancte eu-
karistie. numquam in eternum gustabunt aquam amaritudinis
sempiterne. Unde Remigius super Johannem. Qui particeps
fuerit Cristi carnis et sanguinis. omnis erit expers in eternum
amaritudinis et doloris. Constantinus. In tractatu de natura
liquorum. Sanguis distemperatus cum melle et lacrima.
omnem aufert caliginem oculorum. Cuius racio tangetur infra
capitulo. De visione. Sic sanguis sancte eukaristie. melli quidem
inmixtus devocionis dic. atque lacrime contricionis et penitencie.
omnem aufert tenebram caliginis sempiterne. Unde Ysidorus
In de summo bono. Cumque devocione et penitencia sancta euka-
ristia sumitur. omnis mox tenebra et caligo procul pellitur et fu-
gatur. Aristotiles. In libro. De regimine principum. ad Alexan-
drum. Sume quidem congruit sanitati necnon lenitudinique humane.
aliquem cotidie auri globulum deglutire. Cuius racio tangetur

infra. capitulo. De cristo. Sic sume valet salus anime. Aurum
nempe illud nobilissimum sancte eukaristie. digne cotidie
manducare. Unde. Beda. In omelia. Pro obtinenda gloria salu
te eterne beatitudinis. beatissima illa carnis et sanguinis sumptio
salutaris perquiratur. ad capitulum De cristo. palemon. In libro
De Signis naturarum. Dentes albi et nitidi. naturaliter sunt b.
edaces. Invenit id quod ait. fontinus. Quem albos dentes habet. ma
gis ceteris semper nocebit. Cuius racio tangetur infra capitulo
De vetito. Sic dentes anime puritate nitidi. soli sunt cristi car
nis et sanguinis susceptiui. Unde. athanasius. primo in Ser
mone. Solus amor et puritas anime. digna eukaristie hospes.
theophilus In Breuiloquio. Diuersarum arcium. Quem oleum in
in ore gestauerit. difficulter suffocatur aut submergitur infra
aquam. Cuius racio est. quia oleum emissum de ore. diuidit
ipsam aquam. et sic respirare poterit. qui steterit sub
aquis. Sic qui oleum intus sumpserit sancte eukaristie. C.
nequaquam suffocabit quecumque molestia et dolore. Unde. Ane
leth. Jo. In 3o Sermonum. opusculo. Quem cristi digne sumunt
carnem et sanguinem. omne infra tam mentis quam corporis
extingunt molestiam et dolorem. Archita. Tharentinus. In libro
De Euentibus. In natura. a. Quem silicem in ore tenuerit dum
bibit. potus ei dulcior apparebit. Cuius racio tangetur infra
capitulo De veritate. Sic qui cristum digno ore suscipit.
suauitatem dei et solacia eternaliter degustabit. Unde Euse
bius. In Sermone. Quem semel in tota vita sua digne sump D.
serit carnem et sanguinem domini. ipse procul dubio non
dampnari poterit in eternum. Sed dulcorem fontis eterni hau
riet semper. fontinus. In Descripcionibus. vniuersi. Ebur si
quidem vino decoctum decoctum. fit molle atque flexibile et
fiat velud cera. Sic ebur hoc nobile cristi carnis et
sanguinis. in vino quidem decoctum infra desiderii et amoris.
flexibilioris nos erga nos efficiat pietatis. Unde. hu

go. De. Gco. vic. Cristus quidem digna sumptus mente hois-
in estabilis circa ipm efficit pietatis. philaretus. In tractatu
no. De. Naturis. morborum. cumque membrum aliquod igne lesum fuerit. mer-
curio cruda supposita ipm sanat. Sic mentem que igne
maligno lesa fuerit. sanctissima caro cristi. sanitate perfecta
E. relevabit. ¶ unde ysidorus. In De summo. Bono. Rempnene
sanitati mentis et corporis redditur. qui sancta digne euka
ristia pascitur et abluitur. Themistius. In Summa. Naturalium. Circa
no. ium. Sanguis rore mixtus. extinguit naturaliter omnem ig-
nem. cuius ratio est. Nam ut dicit. Evenus. Ros igni est natura
liter inimicus. Sed et sanguis ex sui natura suffocat ipsum
ignem. ut refert Constantinus. In tractatu. De. Natis. liqui
dorum. Sic sanguis sancte eukaristie rori immixtus devotio
nis dei. omnem extinguit ignem in cendiumque iehene. ¶ unde
Bernardus. In Sermone. In infinitum quidem magis sancta euka
ristia ignem extinguit et suffocat iehenalem. quam aqua quem
F. cumque ignem extinguere valeat corporalem. Recurratur ad
capitulum. De passione. Archita. tharentinus. In libro. De. Ficubus
In Natura. Sitis valida. reddit insipidum ipm cibum. Sic
sitis opum et rerum mundanarum. cibum sancte eukaristie
in sipidum efficit et amarum ¶ unde. Sidonius. In Epistola
Sitis quippe mundanorum. cibum reddit amarum celestium
gaudiorum. Aristotiles. In libro. De Regimine principum. ad
Alexandrum. Nequaquam sumat cibus. nisi famelicus fuerit
appetitus. testante Galieno. In Anthodictario veteri. qui dicit.
G. Nequaquam comedendum. nisi homo sit famelicus. sic quod come
dendum. ut adhuc aliquantulis in comedente remaneat appe
titus. Sic nequaquam sumendus est cibus sancte euka
ristie. nisi desiderium precesserit validum mentis nostre
¶ unde Damascenus. libro viii. In digne quidem carnem
et sanguinem cristi sumit. in quo desiderium aut fervor totius
dei non precedit. Cetera Requirantur In Tabula et Registro.

Plinius. In Speculo naturali. In fine solitudinis ma Capitulum
gis garriunt ipse aues. In profunda autem soli De fine
tudine minime. Sic et homines circa finem vite temporalis
meliore sue garritum faciunt uanitatis. Unde Salustius
In Jugurtino. Circa finem vite hominis. melior semper insur h.
git metus illicite uanitatis. Theophilus. In Breuilogo. Di
uersarum artium. In extremitate ligni igne adusti. exstil
lat quedam aqua. Sic et circa extremitate seu finem
vite hominis. saltem adhuc liquor distillet penitencie et
doloris. Unde. Cassianus. In libro collacionum. secundum prin
cipium non in medio. saltem circa finem vite. peccator stude
at penitere. Themistius. In Summa naturalium Enaum.
Finiente tonitruo. venit ymber. Cuius racio est. quia tot
tum ipsum nubem scindit et diminuit. ut pluuia distil
lare quidem possit. Sic finiente erga nos ira dei. con i.
festim ymber sequitur refrigerii sempiterni. Unde. Ysi
dorus. In De Summo Bono. Cumque in nobis flagellum
dei finem sumpserit. mira mox nobis metus suauitas
eliquescat. Nestorius. In libro. De Occeani. Circulo. In fine
maris occeani. versus plagam septemptrionale. montes
qui ibi sunt assiduum igne estuant tota nocte. Queadmodum
modum et hii nobis recitant qui nauigant ipsum mare
Et huius racio tangetur infra. capitulo De visione. Sic
circa finem seculi. igne incipient homines cupiditatis
et auaricie vehemencius inflammari. Unde. Hugo. de sancto k.
victore. Cum enim finis mundi appropinquauerit. mox totus mundus
dus maligno igne periculosius estuabit. Aristotiles.
In libro problematum. Adueniente pluuia. cessat ventus
Sic adueniente ymbre celestis amoris et gracie. sunt
mox ventus tribulacionis et angustie vniuerse. Unde
hilarius super matheum. Cumque nobis celestis influxus
prouenerit. mox omnis nostra tribulacio finem sumit.

philosophus. In problematibus. Cuncte intemperies magis semper finiunt in meridie et in media nocte. Cuius racio est. Nam unaqueque res tunc quiescit cum vincit aut cum

A. vincitur. Nunc autem sic est quod intemperies vincunt in media nocte. ob solis videlicet absenciam. et vincuntur in meridie. per solis calorem. Quam obrem ut frequenter cuncte aurarum intemperies quiescunt et finiuntur in meridie et in media nocte. Sic intemperies molestieque mundane. finiuntur maxime. in media nocte contricionis et penitencie. atque in meridie amoris et karitatis divine.

¶ Unde. Haymo. super. apocalipsi. In dei quidem nobis succensis amore. omnis mox finitur tempestas tribulacionis et angustie universe. Fontinus. In. Descripcionibus mundi. Compertum est. quod dum ambulantes in deserto. quendam vermem in mundum extremitate baculi quem manu

M. gerebant attingerent. continuo venenum baculum transiliens. ad manumque tenentis deveniens. ipsum subito interemit. Sic sepe contingit. ut dum quis in fine vite sue peccatum amplectitur. ipse inde insperate et subito moriatur.

¶ Unde Richardus. De sancto victore. qui circa finem vite sue peccato se implicatur. videat ne subito preoccupatus. sine penitencia obeat et discedat. Comentator. In. libro De impressionibus aeris. Fulmen lanceas nocte equitum cum attendit non in medio sed in fine. videlicet circa ferrum Et ideo refert Simphianus se vidisse lanceas e

N. quitum. velud faculas exarsisse. Sic fulmen vindicte divine. maxime inflammat homines. circa finem vite

¶ Unde. Augustinus. contra. faustum. Circa finem quippe status nostri mali. vehemencius semper accendit ira dei. Recurratur ad capitulum De morte. Architas. Tharentinus. In libro. De enigmatibus In natura. Non baculum aut gladium videtur lenire in extremitatibus non potest.

acceptum aere in medio ipm̄ levat. Sic que se levare sur
sum satagit. circa finem vite n̄ poterit. in medio aūt
seu sanitate prosp̄a se levabit. Unde. Eusebius. In Ser
mone. Frustra nitimur bona agere. circa finem & ter
minū vite nr̄e. sed dum adhuc sup est ipsa vita. bo̅a
sunt opa facienda. Retrahitur ad capl̄m De obitu. & gor . O.
Determinato igitur de hoc elemento. F. Nunc co
sequenter agendum. De hac litera. G. & p̄mo q̄d
De. Gratia. ad quam reducuntur capitula. De. a
more. De. Dilectione. Item de Jubilo & De. Gustu.

Solinus. In libro. Rerū. dicit in plurimo lem capo. De
or ē omnino. qm̄ si plumis p̄ennis careret Gratia.
Sic mens p̄ennis adhibitas celestis gratie. levis ē i͂ oī
bono opere & virtute. Unde. Augustin⁹ sup. ps. xl. Cui
p̄ennas celestis gratie assumpsit. levis ad cuncta pro xr̄isti
sustinēda nomine apparebit. Theophilus In. Breviloquio . P.
Divitiarū. arcium. Digiti humectati. rem apprehensam for
cius quidem tenent. Sic & mentes humane. rori i͂
tincte celestis gratie. ꝓpositum tenent firmius beati
tudinis sempiterne. Unde Cassianus. In libro. Col
lacionū. sctorū p̄rm̄. Mentes quare humane. gratia
dei roride & liquate. forcius tenent gaudia beatudi
nis sempiterne. Recurratur. ad caplm̄. De amore. Gū.
Archita. Tharentinus. In. lib⁹ De. Eventib⁹. In. Natā. cor . M.
nu plenū oleo redolent vehement. Cuius racio est
nam i͂ nullo vase. tanti odoris ipm̄ ē oleum. qm̄ cū
reconditr̄ in tanta cornu Cui⁹ causa signū ē. nam ut
refert Jero⁹ sup. librū. Regū. ꝓphete & reges ex cor
nu olei ꝯsueuerunt i͂ ungi ob maiore flagrancia q̄ provue
nit ex naturali ꝯvenientia olei atq3 cornu. Sic
mens plena gratie. sume redolet affectum pietatis

clementieque divine ¶ Unde. Ambros. In lib. prefacionum
In adventu quippe celestis gratie. summus odor summe
maiestati excelse. Theophilus. In Breviloquio. Quispiam
aurum. virga tracta per ignem. flexibilis effi
citur. et in vestem agrue adaptatur. Sic mens tra
R. ducta per ignem celestis gratie. in manum flectitur fa
cilius beatitudinis sempiterne ¶ Unde. hugo. de sco. vi.
Per fontem quidem celestis gratie. ad gaudia dispo
nimur et aptamur felicitatis eterne. Solinus In lib.
Rerum. Cornu hircinum. super prunas positum et accen
no sum. cunctos pellit serpentes pariter et buffones. Sic
cor humanum. prunis celestis gratie et amoris apposi
tum. cunctas pellit a se suggestiones proprium infe
riorum ¶ Unde. Ieron. In Epistola ad paulam et Eustochium
cor forte factum in gratia. cuncta fugat et pellit de
S. monia atque demonum temptamenta. Themistius. In Summa
naturalium. Ex collisione ad invicem duorum lapi
dum. aut ferri ad lapidem. elicitur protinus quidem
ignis. Sic ex mutuo et sancti inter se exercitio dei et ho
minis. elicitur quidam ignis celestis gratie et amo
ris ¶ Unde. Anselmus. In Sermone. pulsanti siquidem
deo. ignis elicitur celestis amoris et gratie. Constantinus
In Tractatu. De naturis liquidorum. vasa plumbea aliquo
quoque liquore plena. antequam ymber adveniat. prius
sudant. Sic et mentes humane. ante adventum quidem
T. celestis amoris et gratie. sudorem primitus contricio
nis et penitencie ¶ Unde. ysidorus. In De summo Bono. Ne
quaquam ymber adveniet celestis gratie. nisi precesserit
contricio mentis nostre. Comestor. In lib. De impressio
nibus aeris. Ex mutuo inter se concursu ventorum. interdum
fulmen atque tonitruum generantur. Sed de hoc require
infra capitulo De vindicta. que videlicet et quot sunt cause

contrarium et fidimmis effective. Sic ex mutuo inter se oc
cursu dei et hominis. ignis provenit celestis gratie et
amoris ¶ unde. Demostenus. lib° octavo. Cumque adve
nienti cristo occurrimus. mox intus ignem celestis gratie
percipimus et sentimus. archita. theorentinus. In lib° De ·V·
Euentibus. In natura. Quamdiu aqua in vasis est plumbe
is. ab igne nullatenus dissolvitur. Sic quamdiu in no
bis celestis fuerit gratia. nequaquam dissolvi poterunt cor
da nostra ¶ unde. augustinus. In libro. De natura et gratia.
Nequaquam homo labitur. quamdiu a gratia possidetur. Re
curratur ad capitulum De karitate. fontinus. In descriptio
nibus animalium. aqua non penetrat pennas anseris. sed ipso
oleum mox pertransit. Sic non aqua pravitatis aut
concupiscencie. sed oleum celestis amoris et gratie. pen
nas penetret mentis nostre ¶ unde. Fulgencius. In quarto
mithologiarum. lib° Nequaquam nobis influat aqua munda
ne gratie. sed oleum suavitatis gratieque divine. archita. ·X·
In lib° De Euentib° In natura. Nisi clauditur vas aliquod
liquorem continens. evaporatur et recedit subito totus
liquor. Sic et nisi mens nostra clausa fuerit ad munda
na. tota recedet mox a nobis gratia consolatoque di
vina ¶ unde. Cassianus. In libro. collationum patrum. Nisi
claudatur mens nostra ingressum vanitatis. et mox in nos
manat gratia dei ineffabilis pietatis. palemon. In lib°
De. Signis naturarum. Una gutta olei. superfertur et
supergreditur multas aquas. Sic una gutta celestis a ·Y·
moris et gratie. supereminet et excellit cunctas delicias
huius vite ¶ unde Cassiodorus super psalmos. Una gutta celes
tium. omne supergreditur suavitate atque multitudinem
mundanorum. Euenus. In lib° De concentib° orbis. Una
gutta aque frigide. totam ebullitionem reprimit ferven
tis olle. Sic et una gutta celestis gratie et amoris.

ebullitionem restringit omnis molestie aut doloris ¶ Unde
haymo. super. actus. apostolorum. Una gutta celestis gratie. in abis
sum mittit omnem molestiam huius vite. Theophilus. In. Breuiloquio
diuisarum. artium. In uehementi frigore. strepunt tecta. Sic in
refrigerio celestis gratie. mentes mox perstrepunt hu
z mane. strepitum laudis atque iubilationis interne ¶
Unde. Ambrosius. In. Exameron. Tacti intus celesti gratia. mox
et nos sentimus procomia solaciaque diuina. Archita. In. De Ele
tibus. In. natura. ostia humectata. faciliter se aperiunt. sine
strepitu et fragore. Sic et mentes humane. rore humecta
te celestis gratie. facilius se aperiunt affectui pietatis di
uine ¶ Unde cassianus. In. libro. Collationum. patrum. primo.
Fons siquidem graciarum fluens intra hominem. cum sibi [illegible]
conditorem. Theophilus. In. Breuiloquio diuisarum. artium.
Vas ligneum confractum. positum intra aquam. protinus
solidatur. Sic cor humanum quod ob culpam confringitur. Si
a. fonti graciarum immergitur. ipsum mox [illegible] solidatur
¶ Unde. ysidorus. In. De Summo. Bono. Mens rupta in
quietudinibus uariis. fontibus mox immergatur celestis gra
cie et amoris. Fontinus. In. Descriptionibus. [illegible]. Asseres
ad ignem incuruantur. sed in aqua protinus reparantur
Sic mentes humane. a tramite ueritatis et iusticie ob
liquate. in aquis sunt celestis gratie reparande ¶ Unde
Damascenus. libro. viij. contra. Errores Grecorum. Qui in uia
dei aut errat aut deuiat. celestis gratie dirigendus
fontibus se immergat. Costantinus. In. Tractatu. De. natura
b. liquorum. Os mortui hominis iniectum. turbidum facit
fontem. Sic cor humanum. peccato quidem mortuum. fontem
facit celestis sibi gratie turbulentum ¶ Unde. hugo. de
sancto. victore. Peccator inimicum quisque. fontem sibi ipsi turbat ce
lestis amoris et gratie. Commentator. Super. [illegible]. Auicenne.
Fulgidissimum efficitur ipsum aurum. dum rore fuerit
humectatum. Cuius etiam ro[illegible] tangetur. infra capitulo.

De visione beata. Sic fulgidissima efficitur mens hominis
qui rore humectata fuerit celestis gratie et amoris.
¶ Unde Ieronimus. In epistola. ad Nepocianum. Mens rori in
tincta celestis gratie. non solum sibi sed et oculis effulge
bit pietatis divine. Fontinus. In. De stirpitatibus. unius si
pamus prius humectatus atque immergitur. sicius vero
minime. Sic mens que prius humectata fuerit rore
contricionis et penitencie. fonti facilius immergitur ce
lestis amoris et gratie ¶ Unde. Eusebius. In Sermone.
Prius inquit in nobis fluat rivulus lacrimarum. ante quam
fluant fluenta et flumina graciarum. Constantinus. In trac
tatu. De naturis morborum. Ebrietate capti aut plorant
aut gaudent. aut cantant. Sic ebrietate capti celestis
amoris et gratie. aut gaudent gaudio ineffabilis leticie.
aut plorant pre inestimabili gaudio et amore. aut cantant
canticum iubilacionis eterne ¶ Unde Origenes Super Can.
canticorum. Qui enim gustaverunt fontem gratie. gaudent et
plorant. pre inestimabili quod intus senciunt solacio et dul
core. Avicenna. In libro. De Quatuor. Diluviis. Qui manum
immittit fonti illotam. saporem fonti atque dulcedinem
suam aufert. Sic qui mentem mittitur ut intingat
fonti celestis gratie immundam quantumlibet aut illotam.
dulcedinem sibi nil aufert tam validam tam immensam ¶ Unde
Origenes. Super Can. canticorum. Qui cor suum celesti gratie
accipiende immundum applicat aut corruptum. dei illam
inestimabilem dulcedinem numquam percipiet in eter
num. Constantinus. In tractatu. De Disposicione. Organorum
lacrima melle mixta. omnem dicitur auferre caliginem
oculorum. Sic lacrima devocionis ac. melle permixta
celestis gratie. omnem aufert tenebrarum caliginem
sempiterne ¶ Unde Beda. In omelia. lacrima ymbri adne
mens graciarum. omnem exstirpat caliginem quantumlibet
tenebrarum. certa de voluntate Fulgencius. In libro. De Sigil

lib. lapidum. Cristallus licet sibi naturali quadam virtute in
trahit et imbibit. Ut quidem contingit ob naturalem convenien
tiam que inter licet cernitur et cristallum. Cuius etiam signum
est. sicut refert. Albertus magnus. super 3m metheororum. Com
mento. 20. Cristallus auget ipsum visus licet intrinsecus immissus.
F. Sic cristallus nostre limpide puritatis. licet nobis auget et gra
tiam dei ineffabilis caritatis. Unde. Ambrosius in. libro. prefatio
num. Sola namque puritas mentis. donum sumit gratie mune
risque celestis. Plinius. In. Speculo. naturali. Ante adventum
pluvie. aranea exit. muscas pungit. rana clamat et avis
altius volat. Sic ante adventum celestis gratie necesse est ut
mens nostra in actionem fortis exeat virtuosam. discutiat
atque et pungat accidiam. laudem clamet divinam. et altius
volitet. in dei speciem contemplandam. Hucusque
Constantinus. In. Tractatu. De melancolia. post. Capitulum
Consumptum. penis gustans acria nimis. Sic De Gustu
et nos post consumptum cecitatis et ignorantie. animus gus
G. tamus suavitatem amoris dulcedinisque divine. Unde
Orosius. super. Can. Canticorum. Hoc enim facit ignorantia et
cecitas mentis nostre. ut nobis nil sapiat dulcedo io
cunditatis interne. Solinus. In. libro. Rerum. Aves gustum
suum habent in trisectus circa ysophagum. et non extrinsecus
habent enim rostra cornea. Sic sancti viri qui ut
aves in deum volant. gustum habent solummodo intrin
secus. celestem solam gustantes dulcedinem. non autem ex
trinsecus. gustantes dulcedinem corporalem. Unde. Augustinus
H. De fide. ad petrum. Nolo corporalem gustare dulcedinem.
ne quod intus habeo amittam solacium et dulcorem.
Avicenna. In. 6o. medicinalium. libro. lingua pro infecta
+ colericoque humore. etiam hoc ipsum quod dulce fuit. amarum
gustum representat. Sic lingua etc. humore corrupta
pravitatis et malicie. etiam ipsum inestimabile suavita
tem iocunditatis interne. amaritudinem reddit gustui
mentis nostre. Unde. Origenes In. libro. De Decalogo

preceptorum. Corrupto gustu ait. amarescit mox suauitas
dulcedinis sempiterne. Galienus In Anthodidario. veteri-
-cel gustum nostrum exterminat et corrumpit. Cuius sig-
num est. quia post esum mellis. alia quecumque fuerint cibaria
gustum minime iam delectant. Sic gustum ipsius anime
interne corrumpit mel voluptatis dulcedinisque munda- I.
ne. Unde ysidorus. In. De summo. Bono. Dulcedo qte
corporis. gustum omnem aufert celestis dulcedinis et amo-
ris. Recurratur ad capitulum De iubilo. Aristoteles. In libro De
regimine principum. ad alexandrum. Culero autem in ma-
ne residente cum lingwa hominum. qui amiserant ipsum gustu
eius ratio est. quia cum lingwa sit quoddam membrum frigi-
dum et porosum. ideo multum colligit colere et flecmatis
quibus collectis super lingwam. corrumpitur per consequens ipse
gustus. Sic et lingwa ait. cultro depurandus est contricio-
nis et penitencie. cum gustum amiserit dulcedinis sem-
piterne. Unde. Damascenus. libro viii. contra. Errores k.
Grecorum. Nisi lingwa ab omni labe depurata fuerit cor-
dium. dulcedinem dei nunquam gustare poterit in eternum
requirere. In capitulo. De visione. philosophus. In problematibus.
Ebriorum quorumlibet naturaliter peccat gustus. Sic ine-
briatorum mundanis delicijs. gustus peccat omnis. in degus-
tando saporem amoris dulcedinisque celestis. Unde. Oro-
sius. super. Can. Canticorum. Qui inebriatus fuerit in hoc
seculo. nequaquam diuinitus gustu inebriari poterit in
futuro. philaretus. In tractatu. De naturis. morborum. L.
Quando diu sumus in balneo. amittitur omnis gustus. Sic
quando diu sumus in balneo praue et illicite voluptatis
amittitur mox omnis gustus dei dulcissime karitatis.
Unde. Crisostomus. In libro De prerogatiuis sancti. Pauli.
Voluptas gustata corporis. iam degustari non sinit vo-
luptatem eterne dulcedinis et amoris. ysidorus. In
historijs naturalibus. Formica cecuciens. amissa vestigia

sui itineris quod percurrit. gustu oris ea dicit et inquirit. Sic
peccator amissa vestigia celestis patrie. gustu ea querat
devotionis dulcedinis et interne ¶ Unde. hugo. de. sancto
victore. Gustu quidem dic. querende est via felicitatis eterne
Constantinus. In. tractatu. De. naturis. liquidorum. Natura
M. quidem veneni talis est. ut cum per dolum ignoranti
no sumptum fuerit. gustui valde dulcescat. post modicum
vero tempus vehementissime amarescat Sic et dulcedo huius
vite. primum quidem gustui nostro nunc dulcescit. postmodum
autem eternaliter amarescit ¶ Unde. Crisostomus. super. matheum
voluptas nunc dulcescit corporis. tandem autem plena ap
parebit eterne amaritudinis et doloris. Johannitius. ysagoge
libro. Cuncta dulcia corrumpunt gustum. amara ipsum re
ficiunt et emendant. cuius ratio est. quoniam quod amarum seu
acre fuerit. quicquid corruptionis in lingua colligit hoc con
sumit. ut refert Galienus. In. anthodictario. veteri. Sic
N. dum. et dulcedo corporis. gustum corrumpit interioris ho
minis. emendat autem ipsum amaritudo penitencie aut
doloris ¶ Unde. hilarius. super. Johannem. Dulcedo volup
tatis mundane. gustat quia dulcedinem pellit dic. dulces
cet autem amaritudo in posterum huius vite. hunc usque
Aristotiles. In. libro. De. Regimine. principum. ad Capitulum
Alexandrum. Vehemens corporis factum gaudium De Gaudio
dium. sompnum dulcem efficit et suavem. cuius ratio
est. statim ut recitat Avicenna. In. ii. medicinalium. libro.
Gaudium depurat sanguinem. depuracionem autem sang
O. uinis. sompnus comitatur dulcis. ut refert. Avicenna. Sic
enim vehemens gaudium dic. sompnum dulcem prestat beati
tudinis sempiterne ¶ Unde. augustinus. In. De fide. ad petrum.
Verum gaudium. quod ex virtuosa conscientia nascitur. tran
quillitas mentis perpetue comitatur. Aristotiles. In. libro. Pro
blematum. Validum namque gaudium. fletum efficit et
inducit. cuius causa tangetur infra. capitulo de lacrima.

Cuius etiam signum est. Nam qui subito gauisi fuerint ue
hementer. plorant aliquotiens. Sic et uerum gaudium spiritus
quosdam menti infert gemitus et singultus. Unde ce
rosius. sup. can. canticorum. Totus gaudens et sperans in deo.
gemit sine intermissione igitur in hoc mundo. Recurre
ad capitulum registratum. De iubilo. philosophus. In problematibus. P.
Gaudium in gaudentibus uocem facit ualidam et obtu
sam. Testatur Eueno. qui ait Gaudentes seu ridentes
uocem faciunt grauem et magnam. plorantes autem
acutam. Cuius etiam ratio tacta est supra. Sic et gaudium
dictum. uocem grandem facit laudis atque iubilationis in
terne. Unde athanasius. pr m. In sermone. Grandis
est uox. in deo sperantis hominis. eo quod non solum celum. sed et
aures repleat conditoris. Fontinus. In descriptionibus
uniuersi. Gaudium infert agilitatem. et efficit leuitatem.
Cuius ratio est. Nam gaudium depuriat spiritus. puritate Q.
autem spirituum. agilitas corporis et leuitas conuenit. Unde
admonitus supra tactum est. Sic gaudium mentis quod ex deo
prouenit. leuitatem et uirtutem toti homini efficit et inducit.
Unde. Ambrosius. In libro De officiis. Qui gaudet in ce
lestibus. nullus sibi grauis cernitur actus. nullumque gra
ue opus. sed totus remanet leuis factus. Constantinus. In
tractatu De melancolia. Gaudium subtiliat spiritus. et alle
uiat ipsum pectus. Sic et gaudium dictum. omnem molem ex
onerat mentis nostre. Unde Cassianus. In libro Colla
cionum. sanctorum patrum. Nil tam graue est homini. quod R.
non leue sit. gaudio spiritali. philaretus. In tractatu De
crisi. Subito illapsum corporis gaudium. crisim infirmis
aliquotiens efficit et inducit. Cuius ratio est. Nam gaudi
um. materiam dissoluit compactam circa pectoris re
gionem. Qua soluta interdum creticat ipse languens
Sic gaudium spirituale ipsius dictum. crisim infert salutis

beatitudinis que eterne ¶ Unde. Crisostomus super matheum. Omne
quippe gaudium conscientie. salutem efficit corporis et anime.
multitudinem inferens beatitudinis sempiterne Johannicius. In libro
De Regimine Sanitatis. Gaudium quidem corporale fo
S. ras mittit de corde totum sanguinem et calorem. Cuius
etiam signum est. Nam vultus in tristicia pallidus. sed post
gaudium rubicundus. Sic gaudium spirituale in tota homine.
omnem foras pellit molestiam et dolorem ¶ Unde. Hu
go. De sancto victore. Omne quod amaritudinis in interiori
latet hominis. hoc gaudio mentis eicimus mediante. ¶
Galienus. In vi° medicinalium libro. Quodque corruptionis circa
pectus hominis colligitur. hoc ipsum totum gaudio exsicca
tur. Sic quidquid tribulationis in mente nostra fuerit. hoc
totum e nobis celesti gaudio exhalabit ¶ Unde Damascenus
ii. In Sermone. Omne quod in mente nostra amaritudinis
T. contrahitur aut doloris. hoc totum gaudio pellitur divini
refrigerii et amoris. Theophilus. In Breviloquio. Di
versarum artium. Gaudium quidem vultui aptum confert
roseumque colorem. Sic gaudium verum anime. rubo
rem infert consolationis atque iocunditatis eterne.
Sufficienter igitur determinatio De hoc elemento. G.
Nunc consequenter agendum. De hac littera. H. Et
primum quidem De honore. ad quem reducitur
altitudo. celsitudo. Excellentia. superbia. atque tumor. Ca

Honorius. In descriptionibus urinis. Cumque paululum De
V. vas aliquod in altum suspenditur aut reconditur Honore.
totus in arctum liquor qui in ipso fuerit transmittitur
Sic mens hominis. in altum sublata mundani culminis
et honoris. in arctitudinem cito deveniet eterne ama
ritudinis et doloris ¶ Unde. Salustius. In Iugurtino.
Semper enim altus honor hominis. humilioris erit ama
ritudinis et doloris. Alkabitius. In Theorica. planetarum.

 44

In altis quippe regionibus. longo tempore sani sunt sed cum infirmantur. citius moriuntur. Cuius ratio est. quia aer alti subtilis est valde. Subtilis autem aer. sicut sanitatem subtilem et acutam facit. sic etiam morbum acutum reddit. ut ostendit. Iohannicius. In de regimine sanitatis. Sic et nos in statu honoris culminisque mundani. dum sani sumus et prosperi. sed cum cadimus citius atque periculosius morimur ¶ Unde Gratianus. In apparatu Iuris. Alti quippe honores. periculosas inferunt neces. Alfarabius. In libro de differentiis regionum. Cum fruges in montibus pereunt. fructus tamen in vallibus multi erunt. Sic fructus celestes. quos honor mundi abicit et perdit. humilitas eternaliter conservabit ¶ Unde Origenes. In libro de ritu ecclesiarum. Omne quod ad honorem dei pertinuerit. honor mundi abicit et contempnit. Cometa. In libro de impressionibus aeris. Alte quippe nubes. igne semper fulminis validius inflammantur. Cuius ratio tacta est supra. Sic honoratos et grandiatos in hoc mundo homines. ictus semper magis feriunt infernales ¶ X. Unde Haymo. super apocalipsim. Quanto autem in hoc mundo homines prestantius honorantur. tanto igne iehenalis incendii acrius inflammantur. Themistius. In summa naturalium. Dicit. Nix quidem in altis montibus non solvitur nec liquescit. Cuius signum est. quia tam toto anno. in altis montibus a longe intuentibus nix apparet. Cuius causa ratio tacta est supra. Sic nix celestis refrigerii et amoris. nequaquam liquescat in monte mundani culminis seu honoris ¶ Unde Hugo de sancto victore. Nunquam meretur dulcedo illa celestis gratie. honoratis et superbis datur mentibus degustare. Regere de altitudine. Solinus. In libro rerum. Alti nostatus animum. pestilenciam regionum ad esse indicant anno illo. Cuius etiam ratio tacta est supra. Sic alti honores ac sublimitates hominum. pestilencias imminere indicant infernorum ¶ Unde Haymo super apocalipsim. Honores siquidem mundi

dampnatorum. eternorum sunt indicia tormentorum. Comentator. Auerrois.
super librum De plantis Aristotilis. Altiora poma arborum. nimio
ra semper sunt. vermibus saturescunt. citius quoque cadunt.
Sic exaltati et honorati in hoc seculo. minores sunt et contemp
A. tibiliores in oculis conditoris. plenius vermibus nutriunt solli
citudinis et laboris. velocius quoque cadunt in ymam perpetue
miserie et doloris. Unde. Ciprianus. martir. In libro. De xii
abusionibus seculi. Honorabiles quidem et clari viri huius
seculi. coram deo sunt contempti et despecti homines. multas
ferunt sollicitudines et labores. dolores quoque tandem acci
pient infernales. Allexander. super 3m. metheororum. Alte nu
bes. pluuiam non emittunt. cuius racio est. Nam alte nu
bes site sunt vehementer. ut refert. Fontinus. eo quod per
maximam sui distanciam. non possunt a terra humorem at
trahere seu vaporem. Sic et honorati atque exaltati ho
b. mines huius vite. pluuiam nequaquam faciunt penitencie. sed
in sterilitate et subitanea moriuntur morte. Unde. Tundalus
In libro. Reuelacionum. Nunquam reperit aliquem sublimem
in vera penitencia mortuum. aut ante mortem suam ex inte
gro emendatum. Ptolomeus. Almagesti. 1o. In superiori inter
sticio aeris. est sempiternum frigus et sempiterna nebula. cuius
declaracio habita est supra. Sic in supremo gradu mundane
in culmine et honoris. frigus est extinccionis amoris.
Atque nebula perpetue caliginis et horroris. Unde. hilarius
super matheum. Cumque quis ad altos honores vehitur. in eo
maior amor cristi extinguitur. et mens horrida caligine
dampnabiliter obumbratur. Fontinus. In. Descripcionibus. vni
C. uersi. In alta aeris regione. nulla penitus omnino vita
cuius declaracio habita est supra. Nullum enim animal in a
ciori fore creditur regione. Sic in altitudine mundane
culminis seu honoris. nulla prorsus vita celestis gra
cie et amoris. Unde. Crisostomus super matheum. Non viuunt in honoribus
vere iusti sed mortui. et fortassis periculosius moriuntur.

Comentator. In libro. De impressionibus aeris. Ignis capitulum De quidem celestis. semper ex sui natura. ad yma humilitate defluit et descendit. Cuius signum est. stam ignis quidem fulminis. deorsum semper tendit minime vero sursum. Cuius causam ratio tangetur infra. capitulo De volu[n]tate. Sic igitur amoris. qui ex deo profluit. semper deorsum ad yma hu militatis tendit ¶ Unde. Ambrosius. In Exameron. Amor quippe ·D·
celestis gratie. semper yma exigit humilitatis nostre Require. In capitulo De altitudine. Avicenna. In libro De quatuor. Di luviis. Diluvium non accidit. nisi aut in vallibus aut in so litudinibus nemorosis. Sic omne diluvium celestis amoris et gratie. in valle humili accidit mentis nostre ¶ Unde Fulgencius. In 2º mythologiarum libro. In undatio siquidem celestis refrigerii. in valle et in profunditate accidit cor dis nostri. Plinius In Speculo naturali. Aque profunde difficilius tardius quoque fluunt. Sic mentes humiles et profunde ipsorum hominum. difficilius mortis deci dunt in profundum ¶ Unde. Haymo. super Apocalipsim. ·E·
Quod altum est. facile quidem fluit. quod autem depressum et hu mile fuerit. difficiliter cadit. Theophilus. In Breviloquio dictarum [?]. Quod vehementer in terram proiectum fuerit. per repulsionem aliqualiter sursum salit. Sic et ex hoc ipso quod quis in terram humilitatis proiectus fuerit. altius in deum erigit et ascendit ¶ Unde. Sa lustius. In Iugurtino. Eo ipso quod quis a deo humiliatur ipse plerumque ad celestia validius exaltatur. Cetera ·F·
De humilitate requirantur In capitulo De altitudine et honore.
Advertendum autem circa prehabita quod ad capitulum. De humilitate. infrascripta reducuntur capitula. videlicet. Oratio. Cognitio. Penitencia et contri cio. Sufficienter itaque determinato De hac littera. H. Sunt consequenter prosequendum De hoc elemento. I.

Solinus. In descriptionibus mundi. Digitus ieiuni Capitulum
no sputo madefactus. a plumbo nequaquam le- De ieiunio.
ditur bulliente. Cuius ratio tangetur infra capitulo De verbo.
Sic mens sacro illinita ieiunio. ab incendio nequaquam ledi
poterit sempiterno. ¶ Unde Ieronimus In epistola ad Paulam et Eu-
stochium. Ieiunium quippe virtus omne extinguit ignem pe-
G. narum cruciatus. Philosophus. In problematibus. Digitus ieiuni
hominis minor est et grossior quam cibati. Cuius signum est
quia anulus qui non potest deponi a digito. dum quis ieiu-
nus est. deponitur mox cum cibatus est. Cuius etiam causa
tangetur infra capitulo De virtute. Sic spiritus qui per
digitum secundum Augustinum describitur. minor esse semper in ie-
iunantibus demonstratur. ¶ Unde Hilarius super Matheum. Tunc
enim spiritum dei accipimus. cum non solum a cibo. sed et
a delicto quolibet abstinemus. Galienus. In anthodotario.
Veteri. Nulla medicina potentior in febribus invenitur. quam
extenuatio ipsius hominis. a cibis et potibus abstinentis.
Sic nulla potentior salus anime. quam clamare aliquotiens
H. divini nominis ieiunare. ¶ Unde Ambrosius. In libro. De
officiis. Nil salubrius anime. nil gratius oculis pietatis
divine. quam medium ieiunia celebrare. Aristotiles. In
libro. problematum. Homo ieiunus gravior est. quam qui
cibo pastus est. Cuius ratio est assignanda infra capitulo
De viribus. Sic homo ieiunus a gratia gravior
redditur. ad cuncta bona opera facienda. seu ad cuncta
pro Christi nomine sustinenda. ¶ Unde Hugo De sancto Victore.
Quam ieiunus est a cibo gratie. tanto gravius est bono opere et
I. virtute. Iohannicius. In libro De Regimine Sanitatis. Morbife-
rum est valde. ieiuno ventre. nebulam introire. Sic
periculosum est anime. ut ieiunus quis seu vacuus a cibo gra-
tie. nebule se implicet huius vite. ¶ Unde Damascenus
libro primo. In periculum vergit corporis et anime. ut
in statu quis positus miserie. a celesti presumat gratia vacuus. q. e.

Sufficienter itaque determinato de hoc elemento .i. sunt
consequenter agendum de hac lra .l. Et primi quidem
de karitate. ad quam reducuntur capitula de dulcedine.
Item de gustu. de iubilo. de amore. Item capitulum
de dilectione. Item de attensione in amore Cristi.
Fertur in descriptionibus mundi. Ebur decoctum capitulo de
in vino fit ita molle atque flexibile efficitur velud karitate
cera. Sic ebur durissime deitatis vino decoctum nre fervi
de karitatis flexibilioris ex hoc erga nos efficitur pieta- K
tis. ¶ Unde Orosius Augustini. Can. Cantic. Cumque cristus per
amorem in mente accenditur mox omnis ira dei erga ho-
minem mitigatur. Theophilus. In Breviloquio. Dulcarum arti-
um. Digitus ad ignem lesus ut quidem sanetur calidus
igni est denuo applicandus. Cuius ratio tangetur infra capitulo
de voto. Sic mens igne culpe prave concupie. mox ig- L
ni sanctitatis applicetur amoris atque karitatis divine ¶
Unde Origenes. In libro de situ ... Lesus quod
ab igne prave atque illicite voluptatis igne sancte dei
felicissime karitatis. Avicenna. In libro de quatuor diluviis
...is fons minor atque diffusior est noctis tempore quam in die.
Cuius ratio tangetur infra capitulo de virginitate. Sic et
fons karitatis divine minor atque exuberantior est in nocte
tribulacionis et penitencie quam in die felicitatis affluencieque
mundane ¶ Unde Cassianus. In libro collacionum ... primo
fons quidem dei ... karitatis magis diffunditur
in mentibus tribulatis quam in mundi huius felicitatibus prospe- M
ratis. Archita Tharentinus. In libro de eventibus. In plata.
In vasis quidem argenteis seu aureis difficulter valde
bullire potest ipsa aqua. Cuius ratio tangetur infra capitulo
de venustate. Sic in auro seu argento mundi huius exse-
crabilis vanitatis nequaquam bullire poterit aqua
dei felicissime karitatis. Alkabitius. In theorica planetarum

Qui in profunda aut in fonte collocatus fuerit. stellas in
die clare. limpide que videbit. cuius racio tangetur infra
capitulo. De visione. Sic qui in fonte profundatus fuerit
divine atque melliflue karitatis. veritatem contemplatur
N limpidius pertractate deitatis ¶ Unde. Dionisius. In libro de
celesti Jerarchia. Cumque dei karitate profundum fonte
inter karitatis deum verius contemplamur Solinus. In
libro. Rerum. In estu quippe vehementi. pisces sursum sa
liunt extra aquam. Sic et mentes humane in estu
quidem karitatis divine sursum saliunt de aquis pre
sentis miserie. in altum beatitudinis sempiterne ¶ Unde
Augustinus. In libro Soliloquiorum. In dei karitate estuans
pura mens hominis. in altum inter erigitur felicitatis
beatitudinis que celestis Ysidorus. In historys naturalibus. Ser
pens transiliens flumen. prius suum emittit venenum que
O venenum. Cuius racio tangetur infra. capitulo De ve
nia. Sic mens hominis. fontibus insiliens karitatis.
omne vere e prius emittat venenum cunctis pravi
tatis ¶ Unde. Damasus. papa. In Sermone. Cuiuscumque
igitur hominum. Antequam karitatis intrat flumen. omne pri
us suum scelus egerat et peccatum. Formus. In Descriptione
nubis mundi. Incendio grandi facto. rubescit perpen
dicularis totum celum. Cuius racio tangetur capitulo De
visione. Sic et in incendio beatissime karitatis. mentibus
quidem humanis. rubet et illucet celum altissime trini
P tatis ¶ Unde Dionisius. In libro De divinis nominibus. Cumque
karitas dei in mentibus nostris accensa fuerit. inter to
ta nobis divinitas inflammat et lucescit Avicenna. In libro
florum. enumeratum. In quocumque loco. nocturno tempore
flamma eruperit super terram. ibi thesaurus latitare di
noscitur copiosus. Cuius racio tangetur infra. capitulo De
visitate. Sic in quocumque hominum. flamma divine gra

serit karitatis. ibi thesaurus fore demonstrat eterne deita-
tis ¶ Unde. Cassianus. In lib. collacionum. secundum pr. Ubi igitur
incendium karitatis. ibi et thesaurus eterne voluptatis.
Evenus. In libro. De. contentibus orbis. lapis ardens in aquam
tres in ea effectus efficit et relinquit. Nam spumam gignit
strepitum efficit. aquam sursum salire facit. circulosque de-
scribit. Sic mens hominis. fontibus incidens karitatis. tres
in se effectus relinquit. Nam spumam gignit devocionis
intime. strepitum efficit laudis divine. mentem sursum
salire facit in altum superne glorie. circulosque descri-
bit felicitatis eterne ¶ Unde. Eusebius. In Sermone.
Mens karitati intincta. ineffabilem in se devocionem
percipit. divinis laudibus ferventer insistit. se ipsam ve-
lide sursum tollit. sed et eterne beatitudini se ascribit
Evax. In lib. De. Sigillis lapidum. Aque fluentes versus
austrum. aurum ex se proferunt atque nobiles margari-
tas. Cuius racio tangetur infra. capitulo. De. virtute. Sic
mentes quidem humane. ad austrum vergentes melli-
flue karitatis. aurum in se concipiunt eterne deitatis
¶ Unde. Richardus. De. sancto. victore. Qui karitati se
immerserit. ipse profecto tota divinitate vacuus
numquam erit. Aristotiles. In libro. problematum. Que ve-
hementer sunt dulcia. pre nimia sui dulcedine amara esse
aliqualiter estimantur. Cuius racio tangetur infra capitulo
De. voluptate. Sic et ipsa dulcedo atque suavitas ka-
ritatis divine. pre nimia magnitudine atque inestimabili sui
dulcedine. peccatrici quidem anime. amara incipit
apparere ¶ Unde. Origenes. super. can. canticorum. In immunda
quippe anima. cristi illa suavissima karitas non dulcescit
sed vehementissime amarescit. Constantinus. In tractatu
De. Naturis liquorum. Post cibum amarum. potus quam
superbibitur. dulcior degustatur. Cuius racio tangetur

Q.
R.
S.

infra. capitulo. De. virginitate. Sic tibi. post tibum ama
rum penitentie. potus degustatur dulcius karitatis dul
cedinis quia interne. Unde. ambrosius. In. libro de profectum
amaritudinem hominis. fons refundit interne karitatis
T. Philaretus. In. tractatu. De. Naturis. morborum. Pedes
infrigidati aut frigore mortui. non aque calide sed
frigide immerguntur. Cuius ratio tangetur infra. capitulo
De. veritate. Sic affectiones cordis. peccato quidem mor
tue. non calori prave concupiscentie. sed frigori immer
guntur karitatis divine. Unde. hugo. De. Sancto. Victore.
Corda quidem peccato mortua. non ipsa prava concupiscentia.
sed karitas refrigerat unificatque divina Theophilus.
In. Breviloquio. Diversarum. artium. Qui sitim in ore
B tenuerit. dum bibit. potus bibenti magis dulcior
atque suavior apparebit. Cuius ratio tangetur infra
capitulo De. Cristo. Sic qui cristum in mente semper
V. tenuerit. karitatis eius dulcedinem prestantius degus
tabit. Unde. hilarius. super Johannem. Nisi enim quis in
tus in mentem cristum susceperit. cristi ipse suavi
tatem et dulcedinem nullatenus degustabit. Archita. Tha
rentinus. In libro. De. Eventibus Nature. Qui manum
aut pedem inmiserit in aqua calida. calorem aque
sentiet perceptietque calorem. Cuius ratio tangetur. capitulo
De. voto. Sic qui se monerit atque exercitaverit in
bono opere. maiorem calorem in se sentiet amo
X. ris atque karitatis divine. Unde. Sidonius. In. Epistola.
Exercitium virtutis sedulum. solum bibit karitate re
frigeriumque divinum. Recurratur ad capitulum De amore.
Constantinus. In. tractatu. De. Naturis liquidorum. Omnis
fons existat dulcior noctis tempore quam in die. Cuius
ratio tangetur infra capitulo. De. virginitate. Sic et fons
karitatis divine. dulcior minimum semper est in nocte

tribulacionis et penitencie. quam in die felicitatis affluen
cieque mundane ¶ Unde. Orosius. super. can. canti. egri
gis in quam dilexerit una gutta karitatis. tribulacionis me
lius. quam ipsis prosperitatis sapiat totus mundus ysidorus
ysidorus. In historiis. naturalibus. Serpens fonti immer P.
sus. omne venenum suum deserit et amittit. Cuius ra
tangetur infra. capitulo. De. venia. Sic et peccator dum fon
ti immergitur karitatis. mox omne venenum amit
tit cuiuslibet peccati ¶ Unde. Damasus. li. in. se
mone. Cum enim peccator fonti karitatis immergitur. ab
omni mox labe ignorancie penitus expiatur. Alkabicius
In theorica. planetarum. Tota celestis influencia medi
ante rore defluit et descendit. Cuius declaracio ha
bita est supra. Sic tota virtus celestis influencie.
karitate nobis illabitur mediante ¶ Unde. hugo. De
sancto. victore. Sic nobis sane datur divini muneris. absque
illapsu dei felicissime karitatis. Recurratur ad capitulum Z.
De. dileccione Comestor. In. libro De impressionibus. Aeris
elevate in altum nubes. igne fulminis validius inflamantur
Cuius racio tangetur infra capitulo De vindicta. Sic
in altum elevate mentes humane. validius inflamen
tur dei dulcissima karitate ¶ Unde. ambrosius. In. Ex
ameron. libro vii. Mens quippe elevata in altum. ad
contemplandum speciem deitatis. igne accendetur ube
rius superne karitatis. Recurratur. ad capitulum. De amore
Alkabicius. In. Scientia. perspectiva. libro 3o. In altiori quod A.
intersticio aeris. est tempestuosum frigus et tempestuosa ne
bula. Cuius declaracio patebit infra. capitulo. De vi
sione. Sic et in altitudine mundane dignitatis. frigus
invenitur atque extinccio karitatis. et nebula superne
cecitatis ¶ Unde hugo. De sancto victore. Ascendo saeculi
karitate abicit. tenebram autem caliginemque assumit.

Avicebron. In libro fontis vite. Ignis copiosius lucet noctis tempore quam in die. Cuius ratio tangetur infra capitulo De visione. Sic ignis karitatis divine copiosius quandam lucet in nocte tribulacionis et penitencie quam in die felicitatis affluencieque mundane. ¶ Unde Damascenus
b. In libro contra errores Grecorum. Lux magnam karitatis afflictis irradiat, divitibus autem huiusmodi sensus se occultat. Fontinus. In descripcionibus universi. Ignis per aquam non extinguitur absque quadam strepitu et fragore. Sic karitas in mente hominis non extinguitur nisi fragor peccati gemitus committetur. ¶ Unde Haymo super Apocalipsim. Extincta karitate cristi in mente hominis mox ignis in flammatur libidinis infernalis. Allexander super 3. Methaurorum. Ignis fulminis seu tonitrui solo igne extinguitur corporali. Cuius causa tangetur infra capitulo De
c. vindicta. Sic ignis dei dulcissime karitatis solo igne concupiscencie extinguitur corporalis. ¶ Unde Augustinus contra Faustum. Nichil tantum mentem extinguit cristi ferventissime karitatis sicut ignis prave atque dampnabilis voluptatis. Commentator. In libro De impressionibus aeris. Ignem vincit ros maxime a natura. Cuius signum est quod in eo loco ubi ros cadit ignis difficillime exardescit. Cuius etiam ratio tangetur infra capitulo De veritate. Sic igni perpetue karitatis inimicatur maxime ros corruptibilis voluptatis. ¶ Unde Hugo De Sancto Victore. Nil prorsus karitati cristi hostilius quam
d. prave voluptatis et concupiscencie ingruens appetitus. Theophilus. In Breviloquio diversarum artium. In fine seu in extremitate ligni combusti quidam exstillat liquor aptus et egregius medicine. Quemadmodum in tractatibus terminus universis. Sic et in mentibus humanis igne accensis dei limpide karitatis liquor

stuit et restinxit veneris voluptatis ¶ unde. Fulgencius
In quarto mithologiarum libro. mens accensa in cristi et
estuans karitate. iam in celorum delectari incipit vo
luptate. Archita. Tharentinus. In libro De Euentibus. In sta ·E·
una gutta aque frigide. totam ebullicionem restringit fer
uentis olle. Sic una quamvis minima gutta karitatis
diuine. omnes delicias extinguit huius vite ¶ unde
Jeronimus. In Epistola ad Nepocianum. una namque karita
tis gutta minima. solacia huius mundi transcendit et
simul greditur universa. Constantinus. In Tractatu. De Natura
ligmentorum. post esum mellis. alia que fuerint cibaria.
gustum minime iam delectant. Cuius racio tangetur
infra. capitulo. De Angustate. Sic et post esum dei
mellee atque iocundissime karitatis. iam cibus omnis
desipit totius que excogitari potest voluptatis ¶
unde. Gregorius. In moralibus super Job. Cum semel gustauerit
aut bibit karitatis cristi flumen. in mundana dulcedine
nequaquam delectabitur in eternum. Auerrois. super librum De ·F·
Sompno. et vigilia. Cum iuxta ignem aliquem obdor
mierit. igneas in sompnis visiones sompniaque intelligit
Cuius racio tangetur infra capitulo De visione beata.
Sic et cuius mens et animus circa ignem quieuerit
karitatis diuine. visiones mox quasdam senciet beati
tudinis sempiterne ¶ unde. Dionisius. In De celesti Je
rarchia. Cum karitati innititur. iam profecto in ce
lestibus iocundatur. Recurratur ad capitulum De amore.
Archita. Tharentinus. In libro De Euentibus. In flacto. ma ·G·
gis extinguit ignem una gutta roris. quam gutte aque
in numere plurimalis. Cuius racio tangetur infra. capitulo
De vanitate. Sic magis extinguit sitim mundanarum
una gutta dei beatissime karitatis. quam omnis dulcedo mun
dane atque sitamitas vanitatis ¶ unde. hugo. De Sancto
victore. magis una nos gutta refrigerat karitatis.

qua omnes delicie mundane et execrabiles voluptates ¶
Comentator. In libro. De impressionibus aeris. Ignis quidem
fulminis accendit et comburit recia. super aquam. extra
vero minime. Cuius racio tangetur infra. capitulo.
De vindicta. Sic ignis karitatis divine. solummodo
·H· in flammat in aquis afflictionis angustieque mundane ¶
Unde. Cassianus. In libro. collacionum sanctorum patrum
Ignis quidem karitatis. flammam suam mittit solum
modo tribulatis. Alexander. Super 3m. methaurorum. Excita
to igne fulminis in nubibus. tonitruum protinus comi
tatur. Sic karitate extincta in mente hominis. tonitru
um mox consequitur perpetue molestie et terroris ¶ Unde
haymo. Super actus. apostolorum. Cristi in nobis extincta
karitas. molestias inferet atque miserias sempiter
nas. Themistius. In Summa. naturalium. Encium. Proprium est
roris et pruine. in die non descendere sed in nocte. Cuius
·I· racio tacta est supra. Sic et proprium est karitatis divine.
nequaquam nobis defluere in die felicitatis et affluentie
sed in nocte contricionis et penitencie ¶ Unde Ambrosius
In Exameron. Libro vi. Non in die felicitatis et affli
encie. sed in nocte contricionis et penitencie. ymber no
bis distillat karitatis divine. Require De. amore
Comentator. In libro. De impressionibus aeris. In eo loco
ubi ros in die cadit. ignis difficillime exardescit.
Cuius racio. tangetur infra. capitulo. De. visione.
·K· Sic et in mente hominis. in qua ignis divine karitatis
estuaverit seu amoris. ignis nequaquam accendetur
perpetui supplicii et doloris ¶ Unde. Cassiodorus. Super
psalmos. Ubi estuaverit Cristi karitas in corde hominum.
nulla umquam pena presto esse poterit tetrum. Constantinus. In
tractatu. De. saporibus. liquidorum. Quanto magis fos
aliquis exhauritur. tanto dulcior degustatur. Cuius
racio tangetur infra. capitulo. De veritate. Sic quanto

magis fons haurietur karitatis divine. tanto iste ple
nior et prestancior. omni dulcedine et sapore ¶ Unde
Crisostomus sup. Mathei. Quanto magis karitatis de
gustamus dulcedinem. tanto ulteriorem suavitate per
cipimus et dulcore. Avicenna. In libro. suorum mineralium. L.
fons aureum fundum habens. in estate lucet iugiter
tota nocte. Cuius racio tangetur infra. capitulo de
virtute. Sic karitas in fundo scaturiens cordis hu
mani. lucem prebet iugiter radii sempiterni ¶ Unde
Dionisius. In de di. nominibus. capitulo 2. Karitas non
ardet in mente hominum. nisi et luceat et fulgeat in
eternum. Comentator. In libro. de impressionibus aeris. Cuius
ros ceciderit. die illo serenitas presto erit. Cuius ro
est. Nam serenitas ex puritate aeris provenit. ut
refert. Ebenus. Defluxus aut roris. serenitate facit
aeris. ut recitat Commentator. super 3m. methaurorum. Sic
in descensu nostra nos karitatis divine. tranquillitas
comitatur et pax beatitudinis sempiterne ¶ Unde. Bernardus. M.
In Sermone. Dum enim quis karitate perfunditur. mens
ipsius protinus celesti lumine serenatur. atque eterna feli
citas comitatur Archita. Tharentinus. In libro. De. E
uentibus. In. Natura. Corpora ante mortua. rore nulla
tenus madefiunt. Cuius racio est. Nam quedam exala
ciones corrupte dum evaporantur. descendentem rore
exterminant et desiccant. Cuius causa signum est. Nam
ut refert. Plinius. In. Speculo. naturali. Nix numquam
descendit in mare occeanum. Exalacio enim calida. que N.
ex mari occeano sursum tendit. nivem antequam des
cenderit. liquefacit. Sic corda humana. ob culpam
quidem mortua. nequaquam perfunduntur karitate
dulcedine que divina ¶ Unde Orosius. super. can. Can
tore quidem dicit. fugat a se vitam karitatis eter
ne. Recurratur ad capitulum de dilectione super. Theophilus

Theophilus. In Breuiloquio. Diuersarum. artium. Aqua non pe
netrat penitus aurum. sed eas oleum mox pertransit.
Sic mentes humanas. non penetret aqua illicite uo
luptatis. Sed oleum dei dulcissime karitatis ¶ Unde. Au
gustinus. Sup. ps. xl^m. Non intret usque ad eam aqua
O. cupiditatis mundane. Sed oleum karitatis dulcedinis et
interne. Fontinus. In. De. Stirpibus. uniuersi. Vasa plu
bea aliquo quam liquore plena. antequam ymber adueniat
sudant. Omnis vero tangetur infra ca. De uenia.
Sic et mentes humane. antequam ymber adueniat ce
lestis amoris karitatis et gratie. ymbrem emittant
contricionis et penitencie ¶ Unde Richardus. De Sco
victore. Ante aduentum quippe diuine karitatis
et amoris. mens nostra ictu feriatur penitencie et doloris
Constantinus. In. Tractatu. De. Naturis. liquidorum. Nisi clau
datur vas liquorem continens. euaporatur et recedit
subito totus liquor Sic nisi claudatur mens hominis
P. mundane ingressui uanitatis. recedit mox totus liquor
dei dulcissime karitatis ¶ Unde. Cassianus. In libro col
lacionum. Seniorum. primo. Nisi cor nostrum ad mundana op
pertum et clausum fuerit. tota e nobis karitatis io
cunditas defluit et recedit Gentobius In. libro. De. Giro-
orbis. Fulgidissimum efficitur ipsum aurum. quod rore fuit
humectatum. Omnis vero. tangetur infra. capitulo De. uita
Sic fulgidissima mens hominis. que rori intincta fuit
karitatis ¶ Unde. ysidorus. In. De. Summo. Bono. Mens
Q. rore humida karitatis. fulgidissima est in oculis felici
ssime deitatis. Theophilus. In. Breuiloquio. Diuersarum. artium.
Quamdiu aqua in uasis est plumbeis. ipsa uasa ab ig
ne non liquescunt. Sic quamdiu aqua diuine karitatis
et refrigerii in mente fuerit. ipsa mens. nullius igne
molestie eliquescit ¶ Unde. Damascenus. libro. octauo. Exi
nanite in nos cristi dulcissima karitate. iam mens
ipsa libera ab omni erit sceleris prauitate Auicebron.

Sufficiant igitur determinata de hoc elemento. Jam
sunt consequenter agendum. de hac littera. L. Et primum
quidem. De lumine. Ad quod reducuntur capitula
infrascripta. videlicet de cognicione diuina. Item.
Capitulum De contemplacione. Item. Capitulum. De. Jubilo.

Avicebron. In. libro. Fontis. vite. Omne lumen. Capitulum
superueniente altero lumine. quodammodo ob De lumine.
umbratur. Quemadmodum videmus quod lumen lune. solari obum
bratur lumine. et lumen ignis. lumine quidem solis. Sic
lumen celestis amoris et gratie. lumine obumbratur et
obtegitur huius vite. Unde. Dionisius In. libro. De. Diui
nis. Nominibus. Capitulo. 32o. Lux namque ipsa celestis radij.
lumine obtenebratur et obruitur corporali Comentator In. libro.
De. Impressionibus. aeris. Lumen quippe solis. virtute et
lucem ignis distrahit vehementer. Cuius signum est. Nam
ut ait. Euenus. Ignis copiosius ardet et lucet. noctis
tempore quam in die. Sic lumen mundane felicitatis
et affluencie. ipsum lumen extinguit et distrahit kari
tatis atque visionis eterne. Unde. Hugo. De Sancto
Victore. Lumine quidem mundane felicitatis et affluencie
lux ipsa extinguitur visionis atque beatitudinis sempiterne
Alkabicius. In. Theorica. planetarum. Stelle quidem. lucente
lunari lumine minus lucent. Cuius signum est. Nam
lucente luna. pauce lucent pauce quoque apparent stelle.
Sic nobis lucente mundano lumine. iam quidem non
lucent lumina felicitatis eterne. Unde. Damascenus
In. libro. contra. Errores Grecorum. In luce itaque mun
dana. celi illa absconduntur lumina diuina Theophilus.
In. Bremsogmo. Diuisarum. Artium. Lumen extinctum. feto
rem efficit vehementem. Quemadmodum videmus in can
dela cerea. que dum extinguitur. fetor contagiosus atque
pestiferus generatur. Sic lumine in nobis extincto
celestis amoris et gratie. Fetor mox insurgit pe

nalitatis. caliginis que eterne ¶ Unde. Fortunatus. In. omelia.
Cumque mira nos lux divina extinguitur. infernalis
mox caligo et tenebra comitatur Constantinus. In. tractatu
De. naturis. liquidorum. Lumen desiccat naturalem humo
rem et aquositatem corporum universam. Sic lumen eterni
v candoris seu gratie. omnem humorem exterminat et de
siccat tribulationis et angustie universe ¶ Unde Beda. In
omelia. Nil mali mens nostra excogitat. quod non in dei
lumine penitus evanescat Claudius Super. thymeum. pla
tonis. In lumine extrahitur fortis de interioribus ca
vernulis sinus cuncti sensus. Sic et in lumine candoris
divini. cuncti quidem sensus humani. fortis trahuntur
de tenebris carceris sui. in lucem refrigerii sempi
terni ¶ Unde. Damascenus. In. libro contra. Errores Gre
corum. Tota mira absorbeatur ratio hominis. in luce di
vini radii et candoris Philaretus. In. tractatu. De. natu
ra morborum. In lumine quidem sani efficiuntur saniores.
x et infirmi infirmiores. Cuius causa habita est supra
Sic in lumine celestis gratie. iusti maiori gaudent sola
cio et dulcore. mali autem et iniusti. maiori torquentur
miseria et dolore. inquantum se illam eternam memorantur
beatitudinem amisisse ¶ Unde. haymo. Super. apocalipsim. Illa
inquam eterna felicitas. iustos letificat. malos autem magis
cruciat. inquantum hii gaudent de felicitate accepta.
isti autem tristantur de perdita beatitudine seu amissa Averrois
Super. librum. De. memoria et Reminiscentia. Lumen ex sin
gulari obliuionem aliqualem infert ingeniis sensibus que
y humanis. Cuius causa. tacta est supra. Sic lumen celestis
gratie. obliuionem in nobis facit mundi huius tribulacionis
atque angustie universe ¶ Unde. hilarius. super. matheum.
Cumque in nobis lumen divinum exarserit. omnem mox a
nobis tribulationem molestiamque fugabit. Require De christo
Philosophus. In. problematibus. Lumen sursum trahit pulue

res. athomosque solares. Cuius signum est. Nam athomi as-
cendunt in solis lumine. in tenebris vero minime. ut re-
fert. fontinus. Sic et lumen dei. ipsum sursum pertrahit
in altum iocunditatis celsitudinisque superne. ¶ Unde. hugo
de sancto. victore. Nulla adeo gravis mens hominis. que non
sursum tendat. in luce celestis luminis et candoris. f
Commentator. In libro. De impressionibus aeris. Lumine accensum
in domo. ictum periculosum fulminis reprimit et restringit.
testante themistio. In Summa naturalium. Eciam quod dicit.
contra fulmen lumine valet accensio candelarum. Sed contra
tonitruum obstat nimium resonancia campanarum. Quorum
eciam cause tanguntur in fine. capitulo De vbio. Sic lumen
accensum in domo dei. ictum divine sedat reprimitque
vindicte ¶ Unde. Ieronimus. In epistola ad paulam. et Eustochium
Limpiditas quidem cordis nostri. impetum sedat ire atque
furoris divini. Hucusque de lumine divino actum est
Solinus. In libro. rerum. In fine quidem omnis Capitulo De
solitudinis. magis garriunt ipse aves. Cuius. Laude. g
racio est. Nam in profunda solitudine. aves sunt fero-
ces. que dicuntur predones. quas timentes. fugiunt garru-
litatem. ut refert. plinius. In Speculo. naturali. Sic
et mentes humane. in fine saltem huius vite. gar-
rulitatem faciant laudis atque iubilacionis interne ¶ Unde
alanus. In libro. De dulcedine dei. Dum torpuit in vita
saltem adhuc circa extrema sua laudes perstrepat
preconiaque divina. philosophus. In vi° animalium. libro. Cantus
galli medinoctenus. fugat et dissipat fantasmata uni-
versa. Et hoc idem testatur beatus gregorius. In moralibus.
Super Job. Cuius eciam racio. tacta est supra. Sic cantus h
divine laudis. cunctam pellit molestiam versucie in-
fernalis ¶ Unde. Bernhardus. In epistola ad krth. Neque enim
ibi permanebunt demones. ubi divine perstrepun-
tur resonantque quoque laudes. Centobius. In libro. De Giro
orbis. Oriente sole. miri mox in orientalibus partibus

fragores atque strepitus audiuntur. iuxta id quod dicit Fontinus
In. Descripcionibus mundi. Tegunt aures suas. et spectus. in
terra quoque terre adeunt. homines illi qui in orientalibus
sunt partibus. ob solis qui ibi fit strepitum seu fragorem
C. Sic et in sancta ecclesia. solari quidem luce gratia. inor per
omnia intonent resonantiis diuina ¶ Vnde. Origenes.
In. libro. De. Ritu. ecclesiarum. oriente sole. audiatur in nobis
vox laudis atque iubilacionis interne. Require. ad capitulum
De iubilo registratum. Aristotiles. In. libro. problematum. voces.
siquidem vniverse. remocius audiuntur noctis tempore quam in die
cuius causa multiplex a philosophis assignatur. Dicit
Themistius. In. Summa. naturalium. Eneum. quod nox sit natura.
a lumine indeficiet et calore Theofrastus. In. De parte Ge
siana. dicit noctem esse frigidam et humidam. Et quod noctes
remocius audiatur in frigido et humido. quam in calido seu
in sicco Simplicius autem. In. libro comentorum dicit noctem
D. tranquillam fore quodammodo et quietam. In quieto autem
ut ipse asserit aere. voces audiuntur remocius vniverse
Huic eciam sententie consentit. Eucius. Alfarabius. In
In. libro. De. Differencia. Regionum. sic dicit. constat in quiene
quiescente vno sensu. alios magis vigere sensus. maxime
inter quos videtur colligacio naturalis. ut est inter
visum pariter et auditum. Sic autem fit est quod noctis in
tempore. quiescit aliqualiter ipse visus. Quamobrem spiri
tus visuales reflectuntur aliqualiter ad auditum. Quare
contingit audiri melius noctis tempore quam in die. Sic
E. et voces laudis diuine. deus grandit citius in noc
te tribulacionis et penitencie. quam in die felicitatis affluen
cieque mundane ¶ Vnde. haymo. super. apocalipsim. Dulcissi
ma vox laudis sue in auribus conditoris. quam quasi
in dolore fecerit mundane molestie seu doloris. Cetera
De laude. Require. In. capitulis registratis philaretus

Philaretus. In tractatu de crisi. Cum inter naturam et mor- Capitulum
bum natura fortiter pugnaverit. morbum cito De lite
eicit et expellit. Si autem natura vincatur. laborans proxi-
mus morietur. Sic et in statu huius vite. fortem ne-
cesse est hominem litem assumere. contra morbos malicie vin-
cere. quia si mens devicta fuerit. morte eterna pro-
culdubio interibit ¶ Unde Augustinus In libro de victoria christi- F
ana. Nisi mens nostra. forti quidem dimicatione pugnave-
rit inimica ipsa profecto morte periet sempiterna ¶
Comestor. In libro de impressionibus aeris. Ex forti inter
se invicem concursu ventorum. interdum fulmen atque
tonitruum generatur. Sic ex lite. quam sibi assumunt
homines. terrores et ictus sibi efficiunt infinales ¶ Unde
Cassianus In libro collacionum. sanctorum patrum. Reges enim
inimici lite sua terrent homines. trebunt et eos post
hanc vitam principes infernales. Archyta Tharentinus.
In libro de eventibus in natura. Ex concussione ad in-
vicem duorum lapidum. elicitur quidam ignis. Sic et G
ex litigio mentis. contra carnis vicia. sepe elicitur di-
lectio karitatis que divina ¶ Unde Ambrosius In Exa-
meron. Sepe etenim bello carnis et spiritus. ita tamen
si vicerit spiritus. quidam comadit candor radii que
divinus. Solinus. In libro rerum. Eo anno quo aves in
alto pugnant aere. pestilencia inferiorum regionum
valida. neces que et strages plurime committuntur. Cuius
racio est. secundum quam naturali quodam instinctu. aves ter-
ram fore corruptam senciunt. unde et in altum
ac si fugiant se extollunt. Sic et dum homines sibi H
litem assumunt mutuam. pestilenciam sibi imminere
indicant sempiternam ¶ Unde Origenes. In libro
de situ civitatum. Bella et litigia hominum. malorum
ut frequenter sunt presagia futurorum. Refertur.
ad capitulum de pugna. Iam de certamine Aristoteles.



Aristoteles. In libro. problematum. Lacrima que a Capitulum.
dolore procedit. salsa est valde. que autem a De lacrima.
vento effluit. dulcis. Cuius ratio tangetur infra. capitulo
De voto. Sic lacrima. que a mundi huius molestia deve
nit. amara cernitur. que autem a vento causatur celestis
refrigerii. dulcissima demonstratur ¶ Unde Orosius. super
i. Can. canticorum. Nil dulcius quam sit lacrima. ex dilectione pro
veniens dulcedinisque divine. Recitatur ad capitulum De luc
tu. fontium. In descripcione mundi. Pulvis oculo insili
ens. nequaquam effluit. nisi lacrima mediante. Sic nequaquam
a nobis exit pulvis varie inquietudinis. nisi in fletu
et in lacrima penitentis ¶ Unde. Eusebius. In Sermone.
Nil umquam excogitari poterit cuiuslibet molestie aut do
loris. quod non abstergat devota lacrima pectoris. Constantinus
In tractatu. De naturis. morborum. post emissionem mo
dicam lacrimarum. visus fieri limpidior atque luculencior
demonstratur. Sic post lacrimam devotionis etc. visus fit
limpidior cognitionis divine ¶ Unde Cassianus. In libro
k. collationum. Patrum. prima. genus irrigata lacrimis. maio
ris intra se est. atque limpidioris luminis seu caloris
Philosophus. In problematibus. Cumque solem contemplamur.
confestim aliquantulum lacrimamur. Cuius ratio tangetur
infra. capitulo. De visione beata. Sic et divini in mente. solem
contemplamur iustitie. mox lacrimam emittimus iubilatio
nis atque devotionis interne ¶ Unde. Ambrosius. In libro
De virginitate. In contemplatione quidem luminis divi
ni. semper necesse nos est uberius saltem lacrimari. Constantinus
l. In libro De Melancolia. Qui vehementer gaudent. pre
gaudio quidem plorant. Sic qui veraciter gaudent in
celestibus. dulces emittunt lacrimarum gemitus et singultus
¶ Unde. Cirillus. In libro De progressione. sancti pauli. Gau
dium quod ex divinis nascitur. fletus semper et la
crima uberior comitatur. Hucusque De Lacrima.

Sufficienter igitur determinato de hoc elemento .L. sunt
consequenter agendum de hac littera. M. Et primo quidem
de hoc excellentissimo nomine Maria. In cuius laudis ti
tulum habemus copiam reducendi capitula infrascripta.
Capitulum videlicet de dulcedine. Item capitulum de custo
Item capitulum de devocione etc. Item capitulum de cris
to. Item capitulum de amore. De dilecione. et karitate M.

Ptolomeus. almagesti. 1°. Quantumcumque altum sit primum capitulum
celum. a longe tamen aspicientibus videtur attingere De Maria
terram. Sic illa mater virgo quantumcumque sit exaltata
ad solium celestis glorie. sua tamen semper gracia et virtu
te. terram attingit mentis nostre. Unde. anselmus. In sermone
Maria quippe super omnes celos elevata creditur. nunquam
tamen deesse nobis qui in hoc mundo premimur creditur
Philaretus. In tractatu de urinis. celum obnubilatum.
nubibusque obductum. urinam confert languidis et infirmis
testante Galieno. qui ex calida seu colerica causa infir N.
mantur. factis ymbribus evacuantur ut frequenter. Sic
ista mater et pia virgo mater totius salutis et gracie.
nubibus quidem obducta devocionis etc. cursum mox
affert valitudinis sempiterne ¶ Unde. Ignatius. In epistola
ad beatam virginem. Memorare virgo sancta. quod ymbribus
tibi destinatis affluere etc. ymbrem eciam polliceris be
atitudinis sempiterne. Require de Cristo. Fontinus. In
De scripcionibus. unius. incendio grandi facto. rubescit
perpendiculariter totum celum. Sic in incendio qualiscumque O.
tribulacionis et angustie. mox mater illa omnis virtutis
et gracie. oculis pro nobis rubescit pietatis divine
¶ Unde Crisostomus. In sermone de sancta virgine. mox enim dum
quis tribulacionibus estuat. virgo cristi ut adiuvet
totam celorum civitatem irradiat et illustrat. Recurrat ad
capitulum de sanctis. Avicebron. In libro fontis vite. Celum

naturaliter sursum trahit ignem. et omne id quod igneae fu-
erit qualitatis. Sic maria ad se trahit. cunctas sibi de-
votas animas. suo amore atque desiderio inflammatas
unde. Ieron. in epistola ad Nepotianum. Maria virgo mo-
P. ter sursum trahit ad celestia. cuncta corda humana de-
vocione et gratitudine inflammata. Cassiodorus. super thymeum
platonis. Celum siquidem velocitate sui motus. sustentat
ne in nichilum decidat totum mundum. Sic maria
sua nos velocissima virtute et gratia. ab omni casu
maligno prohibet et ruina / unde. Albito. in sermone
tanta est velocitas marie in auxilium. ut a casu et rui-
na non solum quemlibet hominum. sed et ipsum prohibeat
totum mundum. Recurratur ad capitulum. De Cristo infra.
Postquam igitur gloriosam virginem comparavimus
celo. Sunt consequenter comparabimus eam rori. ob di-
versas ipsius roris quamplurimas qualitates ¶
Q. Comentator. in libro. De impressionibus aeris. Proprium est
roris et pruine. in die non descendere sed in nocte. Sic
proprium est marie matris gratie. non advenire in die mun-
dane consolacionis et affluencie. sed in nocte tribulacio-
nis angustie quoque nostre / unde. Remigius. in libro
De vitis Sanctorum. Eos quippe non visitat marie conso-
latio. quos vana consolatio relevat in hoc mundo.
sed semper maria hunc succurrit homini. qui perplures sus-
tinet. huius mundi. Archita. Tharentinus. in libro. De e-
nenatibus. in. Natura. In eo loco. ubi ros cecidit. ignis
R. difficilime exardescit. Cuius racio est. quia ros igni
est naturaliter inimicus. Sic et in mente humana. ubi
marie refulsit gratia. incendia nunquam extuare po-
terunt sempiterna / unde. Ambrosius. In libro. De virgi-
nitate. Mens igitur hominis. que marie suscepit rorem.
nunquam igne malo extuare poterit in eternum Comentator

Comen[or] Sup. 3m metharorum. Cum ros ceciderit. serenitas presto erit. Cuius racio tangetur infra capitulo. De vindicta. Sic dum maria per graciam menti nostre aduenerit. serenitas mox vite perpetue remanebit // vnde. Cassianus. In libro. collacionum. sanctorum patrum. In instanti quidem matris gracie. mox mira redit serenitas menti nostre Theophilus. In Breuilogio. Diuersarum. Artium. In vase rore pleno. rosa toto anno florida conseruatur. Cuius racio tangetur infra. capitulo De. virtute. Sic et in mente hominis. que marie virtute plena fuerit. rosa illa venustatis florida eternaliter permanebit vnde. Alanus. In libro. De Dulcedine dei. In ingressu virginis mira domum dei. ipsa mox mira mira se celesti creatur radiat venustate Q Fontinus In. Descripcionibus. mundi. Qui veste rorida id est rore humectata indutus fuerit. die illo nequaquam sibi a tonitruo fulmineque timebit. Cuius racio tangetur infra. capitulo De. vindicta. Sic mens humana mariam induta per graciam. nequaquam dei timebit iracundiam seu vindictam vnde. hugo. De Sancto. victore. Cum quippe. in quo marie insignia inuenta fuerint. nulla unquam aliqualis dampnacio exterrebit Philaretus. In. tractatu. De. naturis. morborum. Qui mane biberit primum rorem. omnis febris in se estum extermmat seu calorem. Sic qui marie in biberit graciam. sitim in se extinguit atque molestiam vniuersam vnde. Anselmus. In. Sermone. Qui semel marie virtute gustauerit. omnem estum ipse tribulacionis et angustie exsufflabit Archita. Tharentinus. In. libro. De. Euentibus In. natura. Ros infusus vlneri. nequaquam sinit sanguinem emanare. Cuius racio tangetur infra capitulo. De. vlulatu. Sic et dum maria menti se infuderit. in hac mentem effundi sang

nem non permittit. Unde. Eusebius. In libro De. vero
cultu; flet homo mille moritur. nec sanguis eius effun
ditur. qui marie devotus et famulus dicitur
In libro. De. impressionibus. In pluvia quidem descendunt
grandines lapides et rane. in rore autem grana au
ri inventa sunt minutissima descendisse. cuius declara
cio patebit infra capitulo De. virtute. Sic et in pluvia
consolacionis mundane. rane proveniunt atque grandi
nes inquietudinis nature. In rore autem consolacionis ma
X rie. aurum influit divinitatis celestis // Unde. fortunatus
In omel. super. omnes c. Vana est omnis consolacio que
est ab homine. marie autem consolacio plena est om
ni solacio et dulcore. Ptolomeus almagesti. 1o lib. celum ob
sui elongacionem a mundi huius non potest efficere regione.
hoc ipsum rore efficit mediante. testante. Avicebron
In libro fontis vite qui ait. Tota virtus celestis in
Y fluencie. rore huic mundo illabitur. mediante. Sic et q
deus non potest facere in homine. sua videlicet iusticia p
hibente. hoc matre sua efficit mediante // Unde
Ignatius. In epistola. ad beatam virginem. Quos deus
salvare non potest per iusticiam. hos per tuam salvas
misericordiam infinitam Sequitur 3m. gethacorum
Ad hoc igitur ut ymber proveniat. necesse est ut vapor ne
bulaque ascendat. Sic ut et nobis ymber proveniat
marie virtutis et gratie. necesse summopere est ut huius
vapor ascendat devocionis in terre // Unde. Anselmus
Z In. Sermone. Ut quidem marie graciam hauriamus.
devocionem ei prius tocius mentis nostre cusimetta
mus In. Descripcionibus. mundi. corpora mor
tua rore nullatenus madefiunt. Sic mentes ob
scelus mortue. marie non perfunduntur gratia et vir
tute. Unde. Criso. In Sermone. In malivolam mentem
hominis. mater nequaquam ingreditur salvatoris

In tractatu de naturis lignorum. Dum
enim modicum in orto foditur. fons in ortis citius
quam in campestribus invenitur. Cuius racio tangetur a
in fra. capitulo de visione. Sic et dum in mariam mo
dicum nostre mentis devocio foderit. fons mox sibi ce
lestis virtutis et gratie celitus apparebit / unde hu
go. de sancto victore. Cumque mens nostra matrem pertran
sit gratie. redundabunt mox fluenta felicitatis be
atitudinis que eterne In libro de humanis
actibus. In orto murmur semper dulcius obdormit. Cuius
racio est. statim exalaciones terre sibi inbibunt. qui
in ortis dormiunt. quibus inbibitis. aggravatur
et profundatur naturaliter ipse sompnus. Sic in maria
que et ortus deliciarum dei dicitur. mens dulciter et
tranquille eternaliter obdormit / unde. alanus. In b
libro de dulcedine. ait. Qui in umbra marie quieve
rit. ipsum nulla unquam in eternum molestia exterrebit
Iohannes In libro de regimine sanitatis. cibati in or
tis. citius quam si cibarent alias. impinguantur. Cuius
racio tangetur infra capitulo. de vanitate. Sic quod ma
rie cibantur virtute et gracia. pinguedine reficientur
mentis et corporis sempiterna / unde. crisostomus In omelia
super missus est. Quem marie cibat gratia. pinguedo
in ipso et medulla diffluet sempiterna In libro c
insolagus. Divisarum artium. Qui ortum circumfodiunt in
de plures fructus sumunt. Sic qui mariam suis sepiunt
et ambiunt precibus. fructus ipsis vite affluet co
piosus / unde. ambrosius In exameron. Qui mariam

circumornant laudibus. et preconijs. fructum sibi sumet
inde felicitatis beatitudinis que celestis theophili In. Breuilo
quio. Diuersarum artium. Cinis et fimus. fecundant na
turaliter ipsum ortum. Sic cinis contricionis et penitencie
atque fimus humilitatis nostre. ortum sibi faciunt
·D· fecundum fertilemque marie / Vnde. Cassianus. In
libro. Collationum. sanctorum patrum. Maria matrem gratie. in ira si
quidem amaritudinis et dolore. fecundioris erga nos ef
ficitur pietatis et clemencie. Recurratur. ad. capitulum. De
Cristo In. Descripcionibus mundi. humana habi
tacio circa ortum. eius causat et efficit bonitatem. Sic
habitacio in maria. mentis nostre. bonitatem in ipsa facit
benignitatis atque clemencie mundice / Vnde. Anshelmus.
In. Sermone. Qui sub marie habitat umbraculis. per
fecto dulcedinem eius magis prouocat pietatis ¶
In. Speculo. naturali. fecundatur naturaliter om
nis ortus. qui pedibus teritur gressibusque humanis.
·E· Sic maria magis erga nos uirtute et gratia fecun
datur. dum deuotis affectionibus animi mouetur / Vnde
Bernhardus. In. floribus. Cumque maria pedibus impul
satur affectionum animi. in omnem mox erga nos super
affluet pietate Tharentinus. In. libro. De. E
uenientibus. In. natura. In loco incendij. ubi uidelicet
quondam arserint incendia. ortus irriguus opti
mus ibi plantatur. Cuius racio tangetur infra capitulo. De
visione. Sic in incendio afflictionis animi. ipsi semper ortus
sunt deliciae marie / Vnde. Ambrosius. In. libro. prefacionum.
Sunt autem summe marie delicie. in releuanda tribulata
mente In. Didascalicon. libro. 3o. Semen olerum iacto
in orto. fecundatur naturaliter ipse ortus. Sic dum semen uir
tutum iacitur. maria et ipsa erga nos uberius fe
cundatur / Vnde. Wilhelmus. In. Sermone. Sparso uir
tutum semine. maria magis nobis irradiat pietate

In Breuiloquio. Dulsarum arium. Penno sus
penso in arbore fugiunt protinus ipse aues. Sic et du
mencoes hominum marie applicantur. cuncte mox aues G
infernales demonesque fugantur vnde origenes In
libro de fructu arborum. Cum ad mariam deuote con
fugerit. in fugam infernales principes cunctos vertit
In speculo naturali. Arbor nata in muro seu lapi
de scindit diuiditque vtrumque. Sic maria per deuocionem
quidem nata in mente hominis scindit ipsum et aperit in
fluuium salutatoris vnde orosius super can. canticorum
Maria quidem in mente humana hoc efficit per gratiam
ut aperta quidem ad celestia suauitatem imbibat dulce
dinemque diuinam Auerrois super librum de h
plantis aristotilis. Ag. Arbor circa aquam quidem eius
radices extra emittit longiores. Sic maria circa aquam
molestie et doloris longiores figit radices sue solacij
et dulcoris vnde eusebius In sermone. Cumque tri
bulacio mundi homines migrant maria mox se nobis
dulcius iocundiusque infundit In Breui
loquio. Dulsarum arium. Arbor arida scindatur. et ter
ra liquida imponatur. Sic maria arefacta in homine
scindatur mox deuocione etc. et in ipsa absconditur
prefitencia mentis nostre vnde Guido In sermone I
Cumque maria in nobis aruerit per ignoranciam et in
gratitudinem etc. mox ipsum perfundat deuocio mentis
nostre In speculo naturali. arbor quippe
oīs gummi suum emittit solummodo versus solis radi
um et calorem. Sic maria sue virtutis solacium
in cor solum transmittit humanum diuini luminis

radio illustratum unde sic maria mater gratie. quum quide sic virtutis et gratie in cor fundit celesti illustratum lumine et candore Cometator in libro De impressionibus aeris. Arbor accensa fulmine. ab aquis non extinguitur. sed vehementius atque validius inflamatur cuius racio tacta est supra. Sic dum maria erga nos zelo amoris accenditur. aquis mox lacrimarum sic felicius inflamatur unde Orosius Super cantica canticorum. Cum enim aquis fonte lacrimarum perfundit. maria mox pietatis validius excitatur. Avicenna in libro florum oriencalium. Arbor longo sub aquis latens quandoque tandem in lapidem transmutatur. cuius causa tangetur infra capitulo registrato De obstinatia. Sic maria in aquis nostre tribulacionis et angustie in lapide se facit fortitudinis sempiterne unde Jeronimus in epistola ad paulam et eustochium. Maria quide turris est fortitudinis a facie inimici in mente cunctisque hominis tribulati Fontinus in De scripcoribus vimisi. Quanto ventus validior. tanto fructuosior oris arbor. cuius racio tangetur infra capitulo De virtute. Sic quanto ventus nostre maior fuerit tribulacionis et angustie tanto maria uberior in gratia et virtute. unde Anselmus In Sermone. Secundum magnitudinem nostre adversitatis. maria bonitatis sue tribuit in effabilis pietatis plinius. In Speculo naturali. In arbore eo concava per hiemem se conservant aves. puta ciconee et yrundenes. aves quoque relique estivales. Circa quod advertendum. Nam ut refert. Fontinus controversia oritur inter philosophos de huiusmodi. Quidam enim volunt quod aves instante hieme ad regiones longinquas avolent et recedant. Quidam non asserunt quod in terris maneant. in arboribus videlicet in paludibus et in stagnis. Sufficit autem ad propositum

asserunt dixisse quod quedam aues in arboribus se ab
scondunt. Sic homines in matre se saluatoris. Ipse
conseruantur mundane angustie et doloris. Unde. Da
mascenus. libro viii. In omni nostra tribulacione et an
gustia conseruari nos et abscondit. Agrimon in ma
ria. Solinus. In libro xx. Sub arbore nequaquam ouant N
serpentes sine rane. Cuius racio est. Quando serpentes
et rane ouant in lubricis et viscosis locis. Sub arbo
ribus autem hoc minime inuenitur. Quam totum humo
rem atque viscositatem terre. Arbores sibi attrahunt
et imbibunt. Sic marie virtute lumine. nequaquam inueni
nec fieri possunt serpentes suggestionis versucieque
maligne. Unde. Origenes. In libro De ritu ecclesie
Illucente maria per graciam intra homines. mox cuncti
in abissum pelluntur principes infernales. Plinius. In
Speculo naturali. Ipse quidem ymbris et pluuie. For
cior ad secandum est et durior omnis arbor. Cuius racio est
getur in fra exemplo. De venia. Sic maria in nostra tri O
bulacione et angustia. Fortior est quantum ad mala contra
extirpanda. Unde. Orosius. super Can. Canticorum. Cuique
nobis nequicie ingruunt. mox maria contra quosque ma
lorum impetus apparebit. Theophilus. In Breuiloquio
Diuersarum. Arcuum. Item folia collecta sub arbore. Ar
bori applicauerit. Arborem in futuro fructuosiorem
reddit. Sic qui marie beneficia memorie graciter
applicauerit. Nimirum ad dandum pociora beneficia inci
tabit. Unde. Anselmus. In Sermone. Dignus erit P
de dandis matrie beneficiis. qui iam gratus exsti
terat de acceptis. Solinus. In libro xx. Pisces habent
naturaliter sub ramis latentis arboris sub aquam.
Sic et mentes humane summe gaudent sub protec
cione umbraculoque marie. Unde. Wilhelmus. Summum
gaudium est in maria confide firmiter et sperare. Philaret

Philaretus. In tractatu. De statuis. morborum. Qui infirmum egrum sepelierit sub arbore. in ipsa mox transacto noctis tempore plenariam recipiet sanitatem. Sic qui manum inuicatum in merserit in mariam. omnem mox tam mentis quam corporis sanitatem recipiet sempiternam. Unde Bernhardus. In libro. Exhortacionum. Qui mente marie

Q. applicauerit. ab omni egritudine mentis et corporis eternaliter conualebit. Sicut usque maria arbori comparatur. Postquam igitur gloriosam virginem comparauimus fonti. sunt consequenter comparabimus etiam umbre. ob uarias ipsius umbre et quam plurimas qualitates. Ysidorus. In historiis. naturalibus. Serpens ante omnis naturaliter horret umbram. testante plinio In. Speculo naturali. Serpens ad solem erit. et ad umbram se abscondit. Sic et presentiam marie virginis. ipse serpens

R. fugit ymnis infernalis Unde Anselmus. In sermone. Sicut quamquam aliquis in tantum timuit uel abhorruit hostem quem nobis corporalem. sicut serpens antiquus mariam dei matrem. Recurratur ad capitulum De. Cristo. Philosophus In. problematibus. Stantibus nobis in umbra. ipse est limpidior uisus noster. Cuius etiam signum est. sanam ut si pedibus incedamus. manibus uisum aliqualiter obumbremus. Sic spe mentis nobis stantibus in maria. mens nostra limpidior. ad contemplandum secreta misteria quam diuina Unde. ambrosius. In libro. De. virgini

S. tate. Qui in marie Ite steterit. celestia misteria clarius limpidius quam uidebit. Fortunius. In. Descriptionibus. uniuersi. Umbra calefactit corpus extrinsecus et. umbra calefactit ipsum corpus intrinsecus. et infrigidat extrinsecus uehementer. Per hoc enim quod corpus humanum calefactum exterius infrigidat. calorem ad in

teriora reuerberat et refringit. Quamobrem accidit
quod ut ante dictum est. umbra corpus interius attendit
foras autem infrigidat vehementer. Sic maria mente
humana inflammat intrinsecus igne dilectionis et gratie
foras autem refrigerat. contra estum tribulationis et an- ·T·
gustie uniuerse. Unde. Crisostomus. Habemus eam
que deum exorat pro homine. que mentem inflam
mat karitate. que et refrigerat. ab omni scelerum p
uitate. Comestator In. libro. De. Inpressionibus aeris. In tem
pore autem. est que a nubibus est velociter currit umbra
eius ratio est. quoniam et tunc nubes velociter currunt
que umbram faciunt. Sic in tribulacione et in tempe
re miseriarum. maria velocissime currit in auxilium
et occursum. Unde. Anselmus. In. libro. De. vij. ordinibus
coronatorum. Nil quidem eius velocius. quam marie ex
stet cursus. contra mundi huius impetus et insultus se
curat ad caput. De. Sanctis aristotiles. In. libro. pro
blematum. Ubi umbra in die fuerat in estate. ubi calor ·V·
maior validior quam in nocte. Cuius ratio est quoniam umbra
constringens terram. aut poros terre. exalationes calidas
euaporare non sinebat. que saltem noctis in tempore
euaporantur et exalant. dum autem exsiliunt. terram et
lectauint et attendunt. Sic inquantumque mente. maria
sedule in uenta fuerit in die presentis uite. ibi post mor
tem calor consolationis atque iocunditatis eterne. Unde
Anselmus. In. Sermone. Nemo ambigit. quod eum que
maria nunc obumbrat in hoc seculo. etiam obumbrabit ·X·
et protegat in futuro. plinius. In. Speculo. naturali
umbra rorem conseruat et pruinam super gramina tota
die. Sic maria sua gratia et uirtute. rore diuine
nobis conseruat felicitatis atque iocunditatis eter
ne. Unde. Ambrosius. In. libro. prefacionum. ...

Non solum quod virtutis in nobis fuerit. per mariam trans
mittit. sed et in nobis incorruptum iugiter conservatur
In problematibus maior est umbra in nocte a lu
na quam in die a sole. Cuius causa tangetur infra capitulo
Y De virtute. Sic maior est consolatio marie in nocte tri
bulacionis et penitencie quam consolatio humana in die
quietitudinisque felicitatis affluentieque mundane. Unde Igna
tius In epistola ad Gemorem. In infinitum maior est om
nium consolatio marie virginis quam felicitas atque io
cunditas totius orbis. ac omnis consolatio temporalis.
In Speculo naturali. Umbra destruit vinum in
b vineis. Sic maria omnem estum ardoris concupiscentieque
carnalis. Unde Ambrosius In libro .2. penitencium. Maria quid
primum in nobis estum exstirpat prave concupiscentie et tunc
fontem infundit consolationis interne. In
Antidotario veteri. Per umbram montis sanantur ptisi
b Z ci. Et per umbram alti muri. sanatur icteritia vel ... Cuius
ratio tangetur infra capitulo De virtute. Sic per um
bram marie matris altissime deitatis. omnis sanantur in no
bis morbus mundane et corruptibilis vanitatis. Unde
Crisostomus super Mattheum. Tam sub marie stant umbra
culo. a morbo curantur tam mentis quam corporis
universo. Super 3m De celo et mundo. Umbra
quedam eternaliter stat in luna. seu facies quedam ef
figiesque humana. Cuius declaratio patebit infra.
A Sic maria eterno quidem tempore stat pro nobis in lu
na divinitatis excelse. Unde Anselmus In Sermone.
Stat autem maria incessanter in aspectibus salvatoris.
pro salute exorans universorumque hominis peccatoris
In libro Rerum. Umbra umbrum seu montium. ... ten
tes terret abigit quoque duces. Sic maria cunctos
in fugam vertit et conterit principes infernales.

In lib° De inpressionibus aeris. Elongata nu
be. ab habitabili regione. pluuia no descendit. Cuius b
signum e. Item alte nubes pluuiam no distillant. cuius
causam ratio dicta e supra. Sic maria dei matre elo
gata quidem a memoria mentis nre. pluuia n des
cendet consolacois interne. Unde. ambros9. De lau
dibus uirginis gloriose. Maria quidem ignorata. ab
homine. ymbrem nec ipsa transfunderet dulcedinis
sempiterne. In. De scriptoribus mundi. Nu
bes soli opposita mox nigrescit. Cuius eciam signum
est. Item ut refert Auienus. Nubes in hieme albe sut
In estate uero nigrescunt. Cuius eciam causa tan
getur infra. Caplo. De uictoria. Sic maria soli sue
proli exposita uere iusticie. mox eius nigrescit asper
tibus. pro quibz peccore. Unde. Ignatius. In epistola c
ad Zemorem. Stat aut maria in conspectu domini.
uniuersaqz salutem inpetrans peccori. In Specto
naturali. Item in uespe qm et mane. dum sol hyperio
rubet nubes. Cuius eciam ro tangetur infra caplo
De visione. Sic in uespe mortis humane. qm in
die ptis miseric. maria semp nobis rubet. suo i
menso lumine et amore. Unde. Crisosto9. sup. om d
Nunqm aliquis hominum moritur. nunqm nascitur
nisi prim marie gracia misericordiaeter tueatur
In perspectiua Ga. Nubes quantumqz sit
alta. in circulo tamen orizontis uidetur attingere
prim terram. Cuius ratio tangetur caplo De. Vi
sione Sic maria quantumqz sit exaltata ad celeste

solum. semper tamen pietatis sue oculo attingit et respicit
istum mundum / Unde. hugo. de sancto victore. Nulla montium prohi
bet celorum distantia. quin nobis maria semper conversetur
et comaneat spiritualiter in hac vita. Tharentinus
E. In libro de fientibus. In natura. ubicumque contingunt to
rmentum incendia valida. mox efficitur et attrahitur que
dam nubes. Cuius causa tangetur infra. capitulo de vir
tute. Sic ubicumque incendia tribulationis urit. ibi mox
maria presens est sua immensa gratia et virtute / Unde
Cassianus. In libro collationum sanctorum patrum. Antequam enim mundi
huius tribulatio orta fuerit. maria mox sua virtute
advenit et succurrit In libro de impressionibus
aeris. Unde nubes vaporem attrahit. illuc rorem pluvi
amque transmittit. Sic et unde maria devotionem su
mit. illuc rorem transmittit dulcedinis sempiterne.
Unde. Albertus. In sermone. Ad quecumque hominum
devotio. marie oblata fuerit. eidem quoque consolatio
F. pietatis innotescit In Summa naturalium
Euonum. Occidente sole. surgit protinus omnis nubes.
Sic ipso per mortem occidente homine. maria mox
consurgit sua ineffabili pietate. Require de Christo.
In Antidotario veteri. contra frenesim et
insaniam universam. sume valet nubem contempla
ri aliquam intra aquam. Cuius ratio tangetur infra
capitulo. de visione. Sic contra omnem mentis vesaniam
animi. sume valet contemplari aspicereque mariam
Unde. Ambrosius. In libro de virginitate. Valet autem contra
G. metum et insultum omnisque molestie. mariam men
te aspicere et tenere. Super 3m metheororum. Nubes
non solum vapores et aquas. sed ranas serpentesque assu
mit. Cuius signum est. Nam in calida pluvia. ser
pentes ranunculeque descendunt. Circa quod advertendum
dum. quod rane non ascendunt in quantum rane. quia mul

lum graue tendit sursum. sed ramnus uapor de pa-
ludibus ascendit. ex quo sursum in aere. solari lumi-
ne et uirtute. rane huiusmodi generantur. Sic maria
non solum sibi iustos assumit homines. sed et quoslibet
peccatores. Unde. Anselmus. De laudibus marie. Maria h.
neminem spernit hominum. sed etiam peccatorum memor est
apud dominum. quam iustorum. Huc usque mihi comparatur

In tractatu. De. naturis. liquidorum. Omnis
fons maior est atque diffusior noctis tempore quam in die.
Cuius racio tangetur infra. capitulo. De uoluptate.
Sic maria maria maior atque diffusior est in uirtute
in nocte tribulacionis et angustie. quam in die felicitatis
affluentieque mundane. Unde. Ambrosius. In libro. De vir-
ginitate. Semper quippe uirgo cristi se diffundit ubi-
cumque dum humanus quidem animus mundi huius fuerit
molestia anxiatus. Require. De. Cristo In i.
libro. De. Miro. orbis. Quanto magis fons aliquis
exhauritur. tanto dulcior degustatur. Cuius racio tan-
getur infra. capitulo De uiribus. Sic quanto magis ma-
rie gracia gustata fuerit. tanto uehemencius. feliciusque
dulcescit. Unde. Hugo. De sancto victore. Quanto magis ma-
riam gustu mentis attingimus. tanto eius dulcedi-
nem percipimus et sentimus. In libro. De Quatuor
Dum fons aliquis tegitur. subito desiccatur. Cuius racio k.
tangetur infra. capitulo. De. vicio. Sic dum laus marie
tegitur et tacetur. mox eius nobis fons dulcedinis penitus
exsiccatur. Unde. Origenes. In libro. De ritu. ecclesiarum
Qui marie laudes tacuerit. eius unquam in eternum
suauitatem atque dulcedinem degustabit. Tha-
rentinus. In libro. De. Euentibus. In natura. Comper-

tum est. quod dum auri argentique thezaurus. fonti ad ab
scondendum imergebatur. fons ipse protinus signanter et
notabiliter augebatur. cuius racio tangetur infra. capitulo
De. vanitate. Sic et comperitur cottidie in toto orbe. quod
L dum thesaurus etc. matri emendetur gratie. fluenta mor
augebantur dulcedinis sempiterne. Unde. anselmus. in sermone.
mone. Qui se totum et sedule marie recommendaverit.
ipse in se fontem divini saporis et gratie augmentabit
Nestorius. In libro. De orientali. circulo. fons non vel nequaquam
oritur. nisi fons aliquis in vicino penitus desiccetur. Sic
nequaquam nobis fons marie oritur pietatis. nisi fons
in nobis desiccatus fuerit prave atque illicite voluptatis
Unde. Ysidorus. In. Sermone. Desiccetur primum in nobis
humor concupiscentie. ut nobis uberius pateat et scaturiat
turiat fons marie ardens. In libro. Succorum. mineralium.
fons aureum fundum habens. in estate lucet ingiter tota
nocte. Cuius racio tangetur infra. capitulo De veritate
M In tercio aut infra est de fonte. in cuius fundo. colligitur
aurum. Sic maria in amoroso et virtuoso corde hominis.
inestimabilis gratie profert radium sui luminis et caloris
Unde. Ambrosius. In. Exameron. Maria illa mater omnis vir
tutis et gratie. non minimum sed virtute irradiat mentis
nostre. Recurratur ad. capitulum. De. Cristo archita. Maren
tinus. In libro. De ficientibus. In natura. Resplendente quasi
celi vertice celesti. proice anulum aureum intra fontem
et mira nescio qua virtute natabit super aquam. Cuius
tamen racio tangetur infra. capitulo De. verbo. Sic
N imminente arcu vindicte divine. marie mox offer vo
tum et desiderium mentis tue. et super aquas feretis il
lesus omnis tribulationis et angustie. Unde. Boecius.
In Epistola. ad. Reginam. Virginem. Fac votum marie. et
mox timens transibis ab omni huius mundi molestia et
dolore philaretus. In tractatu. De. naturis. morborum
Qui in instanti cum fit tonitruum. manum lagenam

fonti immerserit. mox sanatur. Cuius racio tangetur infra
Capitulo. De veritate. Sic qui mox in tempore tribula
cionis mentem marie applicauerit. sanitatem mentis
corporis que habebit ¶ unde. Cassianus. In libro. Collatio
num sanctorum primo. Ad mariam mox in instante tribula
cione conuerte. et ab omni mox liberaberis molestia et
dolore Architha. Tharentinus. In libro De Euentibus. In
natura. Qui viuus fonte submergitur. ad fundum descen
dit ibique latebit. qui vero ante mortuus in iectus fu
erit. supernatat. Cuius causa tangetur infra. Capitulo
De vita. Sic qui viuus existens in gracia. ad mari
am confugerit. profecto in ipsa constitutus eternaliter tutus
erit. qui vero per peccatum mortuus ad eam venerit.
non mirum. si defrustratus inde redit ¶ unde Ambrosius
In libro De virginitate. Qui immundus ad mariam ac
cesserit. iniustum esset. si quid petitum acciperet.
qui vero viuus in gracia et mundus in ea ipsam implo
rauerit. premia vite perpetue reportabit. Refertur ad capitulum
De Cristo Galienus. In anthodotario veteri. Cuius ma
num serpens ferit. si in instanti manum alteram fon
ti frigido immerserit. procul dubio sanus erit. Cuius
causa tangetur infra racio. Capitulo. De usura. Sic
qui dum malignitate hostis antiqui leditur. marie in
crementi fontibus implicatur. ab omni ipse tunc men
tis et corporis molestia liberatur ¶ unde. Crisostomus
In libro. De laudibus sanctorum. Qui mox cum tribula
cione aliqua quatitur. marie se totum erit. ab omni
malo mentis et corporis. procul dubio saluus erit
Auicenna. In libro. De Quatuor. Diluuijs. Eo anno
quo desiccantur fontes. in tali multe neces et stra
ges accidunt regione. Cuius racio est. Ista desicca
cio fontium. significatiuum dat. quia naturale et ra.

dicale humidum. in humanis corporibus est consumptu
quo consumpto. hominum quam plurimi moriuntur. Sic
dum laus et memoria marie. in mentibus desiccat
hominum. tormentorum mox in plurimis mors con
sequitur eternorum ¶ vnde. Jero. in. Episto. ad Pau
R. lam. et Eustochium. Cumque marie in nobis memoria
desiccata fuerit. timendum quia mors mentis et
corporis perpetua imminebit. hic usque fonti comparatur
De titulo autem subsequentis capituli. require ubi nostri
Postquam igitur gloriosam virginem comparavimus fon
ti. nunc consequenter comparabimus. Et c. quead
modum in prescriptis capitulis. registratis. sup[er]
Fontinus in. Descriptionibus. vniversi. Ebore naturaliter
attrahitur ipsum aurum. Cuius ratio est. naturalis conve
nientia inter ebur atque aurum. Cuius etiam signum est
plana ut refert Theophilus. in. Breviloquio. Diver
B. sarum artium. Prudentes inquit inquisitores au
ri. ipsum scutellis eburneis investigant. Sic ebore
marie castitatis atque mundicie virginalis. aurum illud
attractum fuit altissime atque felicissime deitatis ¶
vnde. Augustinus. in. libro. De. Natura. et Gratia. Can
didissima puritas marie virginis. ipsum dei sibi at
traxit filium in divinis Theophilus. in. Breviloquio
Diversarum. artium. Speculum visui oppositum basi
lisci. ipsum perimit et occidit. Cuius ratio tangetur
infra. capitulo. De. visione. Sic maria. speculum illud
V. limpidissime deitatis. hostem in nobis occidit. diabolice
pravitatis ¶ vnde. Anselmus. in. Sermone. Maria vni
versos vivificat sua virtute homines. sed et cunctos
sua potestate occidit principes infernales Fontinus. in
Descriptionibus. vniversi. Rosa rori intincta. per to
tum annum viridis atque florida conservatur. Cuius

ratio tangetur. infra. capitulo. De virtute. Sic maria
rosa illa perpetue venustatis. rore quidem intincta nive
limpide puritatis. virore nobis florebit inestima-
bilis pietatis ¶ Unde. Albito. In. Sermone. Maria
rore perfusa devotionis sue. eterna nobis efflore-
bit gratia et virtute Alexander. commentator. super. metheororum. V.
metheororum. Cristallus. lac sibi naturaliter intrahit et
imbibit. cuius ratio est naturalis convenientia que inter
cristallum cernitur et lacteam qualitatem. cuius etiam
signum est. prout ut refert. Fontinus. Cristallus auget
lac in nutricibus universis. Sic cristallus nostre
puritatis. Marie sibi attrahit dulcedinem lactee
pietatis ¶ Unde. ambrosius. In. Exameron. Puritas
quippe mentis nostre. ipsum sibi allicit virtutem divini-
tatis excelse Archita. Tharentinus. In. libro. De E-
ventibus. In. natura. flos quidem omnis. non aque im-
mergitur. sed immergitur vino forti. Cuius ratio
tangetur infra. capitulo. De virtute. Sic flos ille X.
atque candor puritatis perpetue. Maria virginum mater
omnis virtutis et gratie. non aquis se immergit pra-
ve cupiditatis et concupiscentie. sed vino. amoris atque
devotionis interne ¶ Unde. Ieronimus. In. Epistola. ad. Ne-
potianum. Mariam fugit et horret. prave concupiscentiam
voluptatis. devotionem autem in nobis amplectitur
karitatis. Recurratur ad capitulum De latria registra-
tum Evax. In. libro. De. Sigillis. lapidum. In quacumque
gemma. aut lapide pretioso. reperta fuerit facies seu Y.
effigies virginis. talis inquam gemma seu lapis. [illegible]-
tem gratiosum reddit quoad in aspectu. cuius ratio tange-
tur infra. capitulo. De. vilitate. Sic in quacumque men-
te. memoria inventa fuit hymnus gloriose virginis.
talis gratiosus et acceptus apparebit in oculis o^m Adito

ris // Unde Anselmus. In Sermone. Memoria quippe vir
ginis. in mente sedule gestata hominis. ipsum gratam facit
in aspectibus nostri salvatoris Iohannicius. In libro. De Re
gimine Sanitatis. Cuncta quidem periculosa et grauia
seu mortalia vulnera. virgineis sunt manibus alli
Z. ganda. Testante. Fontina. qui ait. Vulnus quod virgo
ligat. medicus cito sanat. Cuius eciam racio tan
getur infra. capitulo. De virginitate. Sic et corda hu
mana. peccato quolibet vulnerata. mariae sunt attactibus
diuinitus restauranda // Unde. Ambrosius. In libro. pre
facionum. Mens illa omnis sue pristine saluti redditur.
cuius sanctedo mariae tactibus contrectatur Belinus In
libro. De inuencione artium. In exercendis nigro
mancie prestigijs. virginem necesse est circulo inter
poni. Cuius racio tangetur infra. capitulo De vir
ginibus. Sic in confligendo contra infernalem prin
a. cipem. summopere necesse est. interponi mariam dei
matrem // Unde. Crisostomus. In libro. De laudibus
sanctorum. In bello itaque quod contra hostem infer
nalem inimus et assumimus. mariam dei matrem ut
adiuuet inuocemus. Hucusque generaliter Capitulum.
Postquam igitur in generali primi descripsimus virginem.
Nunc consequenter per fontis ipsum laudabimus qua
litatem. ob uaria fontis accidentia seu naturas.
b. Tentobius. In libro. De Situ. Orbis. Corpora vulnerata.
aut submersa aut mortua. naturaliter litus petunt
Hoc quidem intelligitur de marinis fluctibus. Sed et
de alijs fluminibus verificari potest. Refert enim
plinius. In Speculo naturali. quod vniuersa submerso
rum corpora. procedente tempore. litus naturaliter
semper querunt. Cuius eciam racio tangetur infra. capitulo

De visione beata. Sic nimirum per omnem modum corda humana peccato quidem suffocata et mortua ad litus sunt illud mariam virginem proximus transmittenda // Unde Augustinus. In Epistola ad volusianum. Cumque nostrum aliquis molestia huius mundi quatitur. mox marie mentis eius devotio destinetur. Recurratur ad capitulum De cristo registratum philosophus
in problematibus. Litus quidem naturali virtute vehementissime attrahit ipsas naves. Cuius signum est. Nam ut refert Euenus. In libro. De contentibus orbis. naves velocius currunt de mari ad litus. quam de litore versus mare Aristoteles. In problematibus. litus quidem naturali virtute. vehementissime attrahit ipsas naves. Cuius signum est. Nam ut refert. Euenus. In libro. De contentibus orbis. naves velocius currunt de mari ad litus. quam de littore in terra mare. Cuius causam ratio tangetur infra capitulo. De virtute. Sic maria virtute sua in mensi muneris mentem volenter ad se trahit hominis. et malos huius seculi universis // Unde Ambrosius. In libro. Pastoralium. Maria quidem tam malos quam bonos. ad se trahit homines universos. Require De cristo plinius In Speculo. naturali. tempestate valida ingruente. mostra marina. marineque belue litus querunt. Cuius ratio tangetur infra capitulo. De vita. Sic tempestatibus ingruentibus tribulationis varie. mentes mox hominum. mariam salutis nostre portum attendant studeantque adire // Unde Remigius. In libro De salvandis et dampnandis. Cumque tribulatio nos huius mundi urget. molestiaque extorquet. in sola mox maria virgine salvos fieri nos oportet. c. n. sup. Constantinus. In tractatu. De naturis. liquidorum Sanativa est mirabiliter aqua maris salsi. tamen

C

D

E

nequaquam sanatur. qui littori pedem immergit languidum.
E nisi eadem immerserit ipsam sanam manum. Cuius ratio
tangetur infra capitulo. De virtute. Sic maria sanativa ani
morum mirabiliter est vulnerum. tamen neminem iuvat
in sua infirmitate. nisi prius in sua sibi devotus fue
F. rit sanitate / unde. Johannes Beleth. In 3o. Sermonum.
opusculo. Nisi nos in prosperitate nostra devoti extite
rimus marie virgini. ab ea non meremur in adver
sitatibus adiuvari philosophus In problematibus. Qui
in marino littore soporatur. difficillime quidem excitatur.
Cuius causa tangetur infra. capitulo registrato. De
vincere. Sic qui in umbra refugioque marie mente
soporatus fuerit. nulla unquam eum mundi huius mo
lestia exterrebit / unde. Tundalus. In libro. Reve
lationum. Dummodo quis marie devotus et sedulus fu
erit. a cunctis istius huius mundi incursibus tutus erit
Commentator. Super 3m. Metheororum. Nequaquam terremotus ces
G. sare poterit aut tempestas. nisi litus scindatur. et
aer inclusus in aere in littore emittatur. Cuius ratio
est. Nam essentialis causa terremotus atque tempes
tatis marine. est vapor inclusus in visceribus ter
re. Sic nequaquam mundi huius tempestas cessare
poterit. nisi maria precibus nostris scissa fuerit. ut
vapor consolationis eius erumpere quidem possit.
unde. ambrosius In. libro. precationum. Gaudeamus
marie clementiam. ad hauriendam inde suavita
H. tem atque dulcedinem sempiternam Aristotiles. In libro.
problematum. litus nescio qua occulta virtute. exci
tat dormientem in navi. dum appropinquat versus litus.
Cuius ratio tangetur infra. capitulo De vigilia. Sic
maria excitat in hac vita mentem hominis. ipsum
ab imminentibus malis premuniens universis / unde
Crisostomus. In libro De prerogativis sancte virginis.

Tanta ergo nos clemencia est marie virginis. quod pecco
rem etiam in vigilia quam in sompnis. premunit et gra
tiat a nocuis. Fontinus In De scriptoribus mundi. Aqua
semper deorsum fluit. In littore tamen aliqualiter sur
sum tendit. Sic mens humana incessanter ad yma
fluit mortis perpetue. marie autem stans circa sedule
sursum petit altitudinis sempiterne. unde. Cassianus
In libro. collacionum. sanctorum. primo. Incessanter in inch
lium vergit natura condicio quod humana. maria tamen
suis meritis ipsum a casu prohibet et ruina. Themistius
In Summa naturalium. Eneum. Ipsas aquas maris salsas
licius sua virtute dulces reddit. Cuius signum est ista
ut refert philosophus in 3o methaurorum. aqua maris est sal
sa et amara. fontes autem qui in littore fuerint. dul
ces sunt valde. Cuius causam ratio tangere infra. capitulo
Di veritate. Sic omne quidem amaritudinem huius
vite. maria dulcem reddit sua gratia et virtute
hucusque piam virginem comparavimus littori. ut supra
postquam igitur virginem virginem comparavimus littori.
nunc consequenter comparabimus ipsam soli. ob solis atrude
cia variasi seu naturas. Quemadmodum infra patebit
Comentator In libro. De impressionibus aeris. fulmen fac
tum in sole. penitus nichil nocet. Cuius racio est ista
solis radius virtutem fulminis distrahit circumquaque
Sic dum fulmen vindicte divine ituerit. effulgente
marie clemencia penitus nil nocebit. unde. Ambrosius
In libro. De virginitate. Cumque ira dei contra nos ac
censa fuerit. ipsam mox mater cristi abigit et ex
tinguit. Fontinus. In De scriptoribus mundi. Sol sudit
naturaliter super aquas. Sic maria. sua querit deli
cias. super aquas mundane molestie extinguendas
Refertur ad capitulum De verbo Cristo Themistius.
In Summa. naturalium. Eneum. Sol in suo ortu. frigus

J
K
L

uentumque premittit. Sic maria exorta per gratiam suam
in mente hominis. uentum premittit eterni refrige
rii et dulcoris ¶ Unde. Methodius. dicitur. in libro. De
finibus. mundi. Cumque maria menti per ortum sue
gratie infulserit. mox mira nobis dulcedo et suaui
M tas innotescit. Recitatur ad capitulum De. Cristo
In. libro. De. continentiis. orbis. Sol in die lucet supra
terram. in nocte infra terram. Sic maria in die
presentis uite. illuminat ipsum mundum. In nocte autem
future. purgatorium irradiat uniuersum ¶ Unde. Tundalus
In. libro. Reuelacionum. Estimo quod maria non solum ip
sum mundum. sed et illustret purgatorium quod totum
In. Sacrarii. perspectiua. Sol in die lucet
mundo. in nocte ipsi celo. Sic maria in die quidem
lucet mundo. et eis qui in mundo sunt hominibus uniuersis
In nocte autem lucet pro nobis. oculis saluatoris.
N ¶ Unde. Haymo. super. actus. apostolorum. Maria quidem
in die. mundum illuminat. in nocte autem deum ipsa
placat. Require. De. Sanctis   In. libro. minorum.
mineralium. Sol aurum gignit in infimis terre par
tibus. et genitum ad lucem pertrahit supra terram.
Sic et maria in nostris mentibus gignit gratiam et
uirtutem. quibus genitis. ad felicitatem nos pertrahit
beatitudinemque celestem ¶ Unde. Eusebius. In. libro. De
x. milibus coronatorum. Omne quod uirtutis et gratie
in nobis repertum fuerit. a maria tenemus et
O descendit   In. Speculo. naturali. Dum sol ori
tur. horrendus mox fragor et strepitus. in orienta
libus partibus generatur cuius ratio tangetur
infra. capitulo. De. uerbo. Sic et dum maria in mente
nostra per clementiam suam oritur. mirus mox
fragor laudis eius a nobis in celo audiatur ¶ In

Anselmus. In sermone. In ortu quidem festiuitatis ma
rie virginis. mox unusquisque fidelium. resonancia fit
ciat eius preconij et canoris   In tractatu
De statuis liquidorum. Ascendente sole. ascendit et   .Ro. bn.
sanguis in corporibus uniuersis. Cuius signum est. quia
languores in meridie cum sol in summum gradum ascen   ·P·
derit. in capite magis pungunt. In media autem
nocte. que et descensus solis iam dicitur. in firmi
tates minus urgent. Cuius causa est. quia
motum solis. sequitur motus sanguinis. Sic ascenden
te maria. ad tronum celestis glorie. conscendat et
in nobis tota deuocio mentis nostre ¶ Unde. Orige
nes. In libro. De situ. tantorum. Ascendente igitur
maria per graciam. in orizonte mentis humane.
mox et in ipsum ascendat. totus ardor deuocionis
interne. Huc usque comparauimus ipsam soli. ut supra patet

In theorica. planetarum. Qui diuinari   ·Q·
volunt in astris. futuros rerum effectus pariter et
euentus. in altum se montem transferunt ut frequen
cius. Cuius racio est. quia ut ait Euenus. In libro. De con
tencionibus. orbis. subtilitas moncium aeris. subtilita
tem efficit racionis. Sic et qui contemplari uiue in
hac uita volunt celestem patriam. ipsam deuote
ascendant adeantque mariam ¶ Unde. Tertulianus
In libro. De humanis actibus. Ascendendum primum est   ·R·
ad marie solacia. antequam quis mentis figat ocu
lum in beatitudine sempiterna   In descriptio
nibus. uniuersi. Eos quippe qui altum satagunt mon
tem ascendere. primum necesse est suis naribus applicare.

Cuius ratio est. Nam nimia subtilitas montani aeris. as
cendentem interdum suffocat et occidit. Quam quidem
excellenciam aeris. temperat ipse fumus. si naribus fue
rit applicatus. Sic ad mariam qui adiuvanda voluit
accedere. fumum quidem primum humilitatis sue. mentis
3 studeant oculo applicare ¶ Unde. Cassianus. In libro col
lacionum. sanctorum patrum. accedentes ad matrem domini
cius primum studeamus genibus humiliter inclinari
Fontinus. In descripcionibus. mundi. Aurum in valle gra
.iiii. vius. in monte autem levius. signantur et notabiliter inve
nitur. Cuius racio tangetur infra. capitulo. De corpore
Sic mens in valle quidem pristine miserie gravis et
torpida. mediante quidem ipsa maria. ad omnia fit levis
spontaneitate et prompta ¶ Unde. Eusebius. In libro De
x. milibus coronatorum. Mens que ante accidiosa fuit
et torpida. cum ad mariam confugerit. levis ad omnia
apparebit Architas. Tharentinus. In libro. De elementibus
T in natura. Cum defert vitrum aque de vallibus versus
montem. antequam supra montem veniat. tota aqua
consumitur et exalat. Cuius ratio est nam subtilitas aut
siccitas montani aeris elambit et consumit aquam illam
Sic qui mentem turbidam marie devote obtule
rit. profecto mox ab eo tota tristicia exalabit. Re
curratur ad capitulum De Patria. infra ¶ Unde
Crisostomus. In libro De laudibus beate virginis. Fac no
tum marie virgini. et antequam feceris. expers eris
omnis molestie et doloris Palemon. In libro. De Signis. Na
v. turarum. Cum in monte moritur vultu rubet. in valli
bus vero pallet. Cuius racio tangetur infra. capitulo
De venustate. Sic qui sub umbra et proteccione ma
rie mortuus fuerit. rubore eterni luminis efful
gebit. In vallibus autem mundane consolacionis mor
tuus. eterna caligine pallescendus ¶ Unde. Eusebius


In libro De x. ordinibus coronatorum. Qui marie mundo
illustratus luce moritur. perpetuo ipse divinitatis luce
eternaliter illustratur. Plinius. In Speculo naturali. In
alto quidem monte odores acuius a longinqua perci
pimus regione. Cuius signum est. Sicut ut refert. So
linus. In libro rerum. Vultur altos montes transuolat
ibi quod cadaver gustat et explorat. Sic et nos mente X
stantes in myrri marie virginis odorem mox mitius per
cipimus refrigerii sempiterni ¶ Unde Hugo. De sancto
victore In odore currentes marie virginis odorem
sentimus felicitatis beatitudinis quod celestis. Antonius. In libro
suorum. memoralium. Mons naturaliter gignit aurum. Sed
omne aurum quod protulerit. ad valles reicit et repellit
Sic maria gignit aurum divinum. Preterea quoque fructus
genitum quod transmittit humilibus aurum ¶ Unde Re
migius libro iiii De virtute operum. Que eternum dei
filium mundo in salutem genuit. adhuc cottidie om
nem et virtute gignit et efficit. humilibusque trans Y
mittit Philaretus In tractatu. De naturis herbarum.
Qui pede leso montem ascendit. mox sanatur. sed
otio eodem lesus pes sibi alius aut manus opposita
infirmatur. Cuius vero tangetur infra. Capitulo De ope.
Sic qui ad mariam confidenter ascenderit. mente et
corpore proculdubio sanus erit. Sed hoc ab ipso exi
gitur. ut saltem mens sua in se humiliter infirmet
¶ Unde Ambrosius In libro pastoralium. Necesse primum est
carnem macerari. conscientiamque turbari. antequam
marie valeat virtute et gratia illustrari Centobinus Z
In libro De situ orbis. Omnis mons naturaliter mitius
est natiuus. fontibus irriguus et porosus. Sic maria mitius
est natiua ut conseruet in se profugos. Fontibus irrigua
ut perfundat aridos. Porosa ut benigne suscipiat tri
bulatos ¶ Hucusque maria montibus comparatur. Supra

In libro. De impressionibus aeris. Pallidus circulus
A. lunam ambiens. ymbrem pluviamque adducit. Cuius ratio
est. quoniam regio seu circumferentia lune pallida. aerem signi
ficat valde humectatum. ut ostendit. Allexander super
3m. metheororum. Humectatus autem aer. in estate ymbrem
facit. in hieme vero nivem. ut recitat Theofrastus
Sic dum mens merore facta pallida mariam de
vote amplectitur. ymber sibi mox celestis gratie
comitatur. Unde Cassianus. In libro. collationum sancto
rum patrum. Cumque mens nostra devote ambit amplecti
turque mariam. consolationem mox recipiet dulce
dinemque eternam In. De scriptoribus. Humidis-
luna suo splendore. frigus semper efficit et inducat. Cuius
B. signum est. quoniam ut refert Themistius. In. Summa. na
turalium exemplum. Styx liquescit a solis lumine. A lune
vero minime. Cuius eciam causa tangetur infra. Capitulo.
De congelatione. Sic maria mater omnis virtutis et gratie.
frigus semper infert refrigerationis atque consolatio
nis eterne Unde. Anselmus. In. Sermone. Nunquam est
tempus aliquod neque hora. in qua nos non consoletur re
frigeretque maria. Recordatur. ad capitulum. De cristo
In. IIIIo. Animalium. libro. Luna ex sui natura cogit demones
C. Nec mirum quidem. Refert enim. Fontinus. quod Gallus
XVIII b. cantans mediamnoctem. idest in media nocte factus. fu
gat demonia. et pellit fantasmata universa. Si igitur
hunc effectum. cantus galli efficit. multo magis virtute
no lune. que gallum ad cantum excitat et impellit Cuius
eadem ratio tangetur infra. capitulo. De visione. Sic
Sic maria erga homines. iniquos pellit et fugat pro

apes infernales // Unde Isidorus In Sermone virtu
te quidem sua maria terret et fugat demonia uni
versa   In theorica planetarum. Luna ex se no
bis eterno tempore quandam faciem representat. Intel
ligimus autem hoc de macula lune. que ad instar hu
mani vultus apparens cernitur in ea luna. Cuius .D.
eciam causa tangetur infra capitulo De Cristo. Sic ma
ria mater benignissime deitatis. suo semper nobis vultum
exhibet pietatis // Unde Ambrosius In libro De virgi
nitate. Nunquam est tempus aliquod sine hora in qua a
nobis marie facies sit aversa   In Brevi
loquio. Dinitarum. Arcium. In plenilunio. demones in ob
sessis corporibus conquiescunt. Cuius causa tangetur
infra capitulo De Venia. Sic in marie plenitudine
pietatis. hostes conquiescunt adversantes actibus sensi
bus quam humanis // Unde Haymo super Actus Apostolorum.
Maria quippe plenitudine sue ineffabilis pietatis. se
dat in nobis ipsos suggestores diabolice pravitatis .E.
In Descripcionibus mundi. Eo anno quo luna
eclipsatur. Corruerunt eiusdem muri. edificia atque trees.
Cuius racio tacta est supra. Sic et dum maria in
humanis mentibus per ignoranciam et ingratitudi
nem eclipsatur. Eius mox et ruina mortis pectus
committatur // Unde Jeronimus In Epistola ad Nepocianum
Ubicumque marie inmemor extiteris. ibi necessario
casum facias. Require De Cristo   In trac
tatu De Naturis. liquidorum quamdiu aliquid mali la .F.
titat in corpore. luna non desistit pungere. donec illud di
gerat et expellat. Cuius signum est quod in novilunio ve
hemencius pungunt morbi. Sic quamdiu aliquid in ho
mine tribulacionis aut molestie. maria non cessat homi
nem amonere. donec totum malum hominis sua repel

lat gratia et virtute. ¶ Unde Tundalus in libro Reue-
lacionum. Inmittit enim nobis virgo beata cogitaciones
plurimas quibus mundi pertransimus huius molestias
universas. Recurrat ad capitulum de Cristo cometa.
In libro de impressionibus aeris. Cumque mare ceperit
G inundare mox ipsum luna intensus pertrahit ad abis-
sum. Cuius racio est quoniam luna causat fluxum et re-
fluxum maris eo quod habeat dominium super aquas
ut ostendit philosophus in 3º methaurorum. Sic et dum mare
mundane tribulacionis inundaverit mox omne malum
nostrum Maria in abissum proicit et transmittit. ¶
Unde Guido in Sermone. In undantibus tribulacionibus
huius seculi Maria consolationem destinat protinus ipi-
menti. Allexander super 2º methaurorum. Luna terminum po-
nit mari. Cuius declaracio habita est supra. Sic Maria
mater gratie terminum ponit cunctis molestiis huius
vite. ¶ Unde Ambrosius in Exameron. Mater siquidem
H domini cunctis finem imponit tribulacionibus huius mundi.
Huc usque piam virginem lune diximus comparandam.
Postquam igitur gloriosam virginem comparavimus lune
Nunc consequenter comparabimus ipsam ymbri ob va-
ria ymbris accidentia atque quam plurimas qualitates.
Themistius in Summa naturalium. Eciam ymber maiores
stillas emittit aque quam terre. Cuius signum est quoniam
qui navigio vadunt magis compluuntur quam qui in litto-
re gradiuntur ut refert Fontinus. Cuius eciam racio tan-
I getur infra capitulo de veritate. Sic Maria maiores
in quantum stillas transmittit sue virtutis et gratie in aquam
tribulacionis et angustie quam in terram felicitatis af-
fluentieque mundane. ¶ Unde Anselmus in Sermone. Maria
quidem magis dirigit oculos sue pietatis et gratie
super afflictos mundi huius molestia et dolore quam super
affluentes in hoc seculo mundano lumine seu candore

68

Unde. Ieronimus. In epistola ad Paulam et Eustochium. Maria
itaque consolatos in hoc mundo respuit. Afflictos autem
et oppressos attrahit et assumit. Solinus. In libro Rerum.

Ymber pisces pellit in fundum. Timent enim pisces
naturaliter ipsum ymbrem. ut recitat plinius. In Spe
culo naturali. Sic maria suggestiones prauas de .K.
cordibus pellit hominum. ipsas que pellit et reprimit
in abissum Unde. Cassianus. In libro. collationum
sanctorum patrum. Maria namque per virtutis sue radium
ipsos fugat et pellit demones in infernum. Theophilus
In Breuiloquio. Diuersarum arcium. Ymber retardat
in aqua et impedit motum nauis. Cuius signum est.
Nam velocius vehitur nauis. sereno in tempore quam
in ymbre. Sic maria dum menti aduenerit. deflux
um hominum in mortem reprimit et restringit Unde
Haymo. super. apocalipsim. Genus quippe humanum. totum
in nichilum atque in mortem vergeret. nisi ipsum ma .L.
rie clementia sustentaret. Recurratur. ad capitulum De xpo
plinius. In Speculo. naturali. Ymber humare facit in
dos magnitudinem anni uniuersos. Cuius vero tangetur
in fine. capitulo. De volucribus. Sic maria fumum dicit di
uini desiderii et amoris. de mentibus et cordibus hom
inum immisis Unde. Ambrosius. In Exameron. Maria
sursum facit fumigare aspectibus diuinis. quicquid in
nobis fuerit gratie aut virtutis Aristobulus. In libro
De. situ. orbis. Ymber syrenis gaudium confert. mo
dulaminis que dulcorem. Cuius signum est. Nam syrene .M.
sereno tristantur tempore. Adueniente autem gaudent
ymbre. Sic maria mater inestabilis pietatis. gau
dium confert cunctis tam mente quam corpore tri
bulatis Unde. Crisostomus. Nulla vmquam in hoc mundo
molestia cernitur. quam non marie consolatio comitetur.

philosoph9. In vi° animalium. libro. ymber cerebrum auget in animalibus (sepe in piscibus. (in serpentibus nenenum. Sic maria in hominibus quidem virtute adauget ce lestis gratie. in demonibus aut venenum amaritudinis sempiterne ¶ unde. Ignatius. In. epistola. ad. Sermo rem. Sicut enim maria iustis auget virtutis sue ret dinum. sic demonibus eternum supplicium et tormentum.
Recurratur. ad capitulum. De. Cristo. et De. Latria. Constantinus in. tractatu. De. Naturis. liquidorum. ymber extinguit sitim tam in sanis quam in lagdis universis. Sic ma ria mater gratie. omnem sitim exterminat molestie huius vite ¶ unde. Fundatus. In libro. Revelationum. Per sum ntinque maria refrigerium. omnem estum et sitim exterminat mundanorum. Recurratur ad capitulum De. vir ginitate philosoph9. In. problematibus. ymber calorem fa cit in ambus. in estatibus vero frigus. Cuius ratio tangetur infra capitulo De. visione Sic maria in con templatiuis calorem efficit iubilacionis interne. in actiuis aut frigus refrigerii atque dulcedinis sempi terne ¶ unde. Orosius. super. can. cantorum. Maria utique contemplatiuos accendit dei dulcissima karitate. actiuos aut refrigerat per ceca voluptate palemo. In libro. De. Signis Naturarum. Per ymbrem crines crescunt in estatibus omnibus. Cuius ratio tangetur infra. ca°. De voluntate. Sic per mariam cogitationes de celestibus aug mentantur. que secundum. Ambrosium. per crines non incerito de signatur Auicenna. In. libro. De Quatuor. Diluuiis. antequam ymber adueniat. exsiccantur ut frequentius ipsi fontes. cuius ratio tangetur infra. capitulo. De voluptate. Sic antequam maria nobis adueniat per gratiam. semper primum necesse. ut in nobis desiccemus voluptate carnalem atque mundanam ¶ unde. hugo. de s. v. Antequam maria in noctauerit. pri mum mite extingue estum prauae cupiditatis et ardoris.

Sufficienter igitur determinato de hoc elemento .O.
Nunc consequenter agendum de hac litera .N. videlicet
De Nativitate. Cetera requirantur in Registro.

Alhzabicus in perspectiva generali. Circa or[capitulum]-
tum solis luna sincerius excandescat. Cuius De Nativitate
ratio est. Nam quanto tenebrosior nox ipsa fuerit tanto .Q.
luna pulchrius elucescit ut ostendit Euenus. Circa or-
tum vero solis tenebrosior existit nox ut recitat
Theophrastus. Sic circa ortum nativitatis sue Christus
elucescit pulchrius menti nostre. ¶ Unde Hilarius super
Matheum. Nemo ambigit quin Christus eo tempore quo car-
nem assumpserit, specialiter quadam virtute humanis
mentibus elucescit. Evax in libro De Sigillis lapidum.
Gemma preciosa quelibet in terris nata nullius adhuc est
efficacie aut virtutis nisi cum auro circumducatur aut .R.
circa aurum ab aliquo deferatur. Sic Christus natus in
carne nullius tamen adhuc erga nos est pietatis aut
gratie nisi noster circumvallatur bono opere aut virtute.
¶ Unde Bernardus in sermone De Nativitate Domini. Non no-
bis proderit ad salutem Christum natum fore in carne
nisi eciam per graciam et virtutem natus fuerit
intra mentem. Philosophus in problematibus. Sol quare
semper maioris cernitur quantitatis in suo ortu pa-
riter et occasu. Cuius ratio est multum medium et vapor-
multus interpositus inter nos et corpus solare. .S.
Cuius eciam signum est. Nam ut refert Fontinus nummus
apparet grossior in aqua quam extra aquam. Sic Christus
maioris semper erga nos cernitur pietatis in ortu vi-
delicet sue nativitatis et in occasu sue felicissime pas-
sionis. Theophilus in Bursoquio dimidarum arcium. Dis

Que gemma polita et fulgida post inmersionem sanguinis magis
3 fulget. Cuius ratio tangetur infra capitulo De passione.
Nec mirum quidem. Refert enim fontinus quod aurum
fulgidius efficitur dum rore aliqualiter humectatur. Sic et
cristus purissimus illis sanguinibus inmersus virginis ma
T. iori procul dubio erga nos lucet lumine caritatis.
Unde Damascenus In libro Contra errores Grecorum. Cum
ante nativitatem suam esset rigidus, natus de virgine
mitissimus est effectus. philaretus. In tractatu De na
turis morborum. Cumque sal igni inmittitur. vapor ignis
capiti minus nocet. Sic eo ipso quod cristus per suam fe
licissimam nativitatem carni inmissus fuerat. ex tunc
ira patris humano generi penitus nil nocebat.
Unde Cassianus In libro Collationum Sanctorum patrum.
Cristus natus in carne. omne patris erga nos ex
V. tinxit seviciam et furorem. plinius. In Speculo natu
rali. Herba regionis orta. subito orta subitoque arescens
pestilentiam in muliere indicat illo anno. testante So
lino. In libro Rerum. cum ait. eo anno quo vinor libani
subito arefactus fuerit. pestilentia quodammodo presto
erit. Cuius ratio tangetur infra capitulo. De voluntate.
Sic cristus natus in carne. subitoque arescens in mente.
pestilentiam mortis indicat in muliere. unde Augustinus
In Epistola ad Volusianum. Nativitas quidem cristi per in
X. gratitudinem extincta intra mente hominis. pestem
addere indicat presentis miserie et doloris. Recurratur. ad
capitulum De cristo. Architas. Tharentinus. In libro De Even
tibus. In natura. Quercus aut tris. in qua arbor aliqua
6 nata fuerit. dum ad casum longoque tempore permanebit
Sic mens humana nata quam cristus iusticie natus

fuerit. a casu et ruina mortis in columnis permanebis
vnde. Remigius. super. mattheum. Natus quidem xpc
in tra mentem hominis. casum repellit omne eterne
miserie et doloris. Cetera de Natiuitate requirantur
in tabula. et in Registro. eo modo quo supra tactum P.
est. hic usque de Natiuitate dicta sufficiant. Recurratur
ad capitulum de Cristo. Item de Eukaristia. Supra.
Solinus. In libro Rerum. Capparis herba illa nobilis.
nequaquam nascitur ubi plantatur. sed in terra arida et de
serta. Sic cristus nequaquam nasci voluit. virili arte
plantatus semine. sed ex maria virgine. desiccata et
et arida ab omni gaudio et ardore. Fontinus. In de sec
tionibus vniuersi. Herba illa que sertis nectes quod no
confringit et aperit. in eo loco nasci consueuit. vbi in
cendium aliquod grande fuerit. Cuius vero tangere
in tra. capitulo. de voto. Sic cristus qui ianuam vite Z.
aperuit. de sola virgine maria nasci voluit. que igitur
ne spiritus sancti totaliter usta fuit. Philaretus. In tra
ctatu. de Naturis. morborum. Cumque puer aliquis nas
citur. mater mox a languore quem fortassis ante
habuit liberatur. Cuius racio est. Nam ut refert co
stantinus. In libro de melancolia. Dolor pellit dolorem.
infirmitatesque languorem. Cuius eciam signum est. quod astu
ti medici carnem pacientem vlcerant. et sic ipsum
sanant. ut refert Euenus. Sic et dum cristus nasci A.
tur quidem per graciam in tra mentem nascitur. mox
vniuersus languor molestiaque fugatur. Require de Cristo
Alkabicius. In Spera. perspectiua. Circa ortum solis luna
sinceris grandescit. Cuius vero est. Nam quanto te
nebrosior nox ipsa fuerit. tanto luna sincerius eluc

Sufficient itaq3 determinatio. De hoc elemeto. ff. sunt prosequendu de hac lra. O. Capitula ante que de ee videtur. requiratur in tabula z registro

C Omentator. In libro. De impressionibus aeris capitulo ad hoc enim ut ymber proveniat. noce de oroe
·b. e ut multus vapor nebulaq3 ascendat. Cumus vero est plam vapor digestus in ymbrem cedit. ut ostendit alexander. sup. 3m. methaororu. Sic ut z nobis ymber proveniat celestis consolacois z gracie. necesse e ut multa ascendat oratio atq3 devoco mentis nre ¶ unde. Origenes. In. lib°. De situ. ecclesiarum. Du enim multa ascendit oro. multa descendit gratia consolacioq3 a deo. Archita. tharentinus. In. lib°. De cunabulis. In natura tranquillo existente aere. flama ignis rectius sursum tendit. Sic z in tranquillitate ani-
·c. alanis acutiq3 ascendit devocio orois nre ¶ unde. Richardus. de sco victore. tranquillitas z pax hois. oracione nram sursum ferunt z offerunt aspect un conditoris. Fontinus. In. De scripcoibus. unusti. flatus quidem noster seu alicitus. videtur clare in frigore. s3 minime in calore. Cumus veto cangeam in sua. capitulo De visione. Sic z nra oro ocius i notescit pietatis divine. in frigore quide tribulacois
·d. z angustie. n aut in calore felicitatis prosperitatis q3 mundane ¶ unde. haymo. sup apocalip. oracione videm facit nram n mundana volupitas aut affluencia. sed tribulacio angustiaq3 nostra. Theophilus. In. Brevilogo Dinsarum. arcum. Quanto lapis in funda rotatur. diu anb. tanto iaciatur remocius. Sic quanto nra oro

diuinis roratur aut prolongatur. tanto ad aures diui
nas remocius deportatur ¶ unde. Cassian9. In. lib° colla
cionum storum prim. Quanto dulcior nra oratio fuerit.
tanto diuinis auribus clarior innotescat. Comentator
In. libro. De impressionibus aeris. Cumqz nebula ascendit
pluuia mox consequitur. dum uero uersus terram re
dit. serenitas seu aure siccitas comitatur. Cui9 ro est.
Nam ut ait. Allexand9. Sup. 3°. methaurorum Nebula siue
uapor digestus in aere. materiam ymbris facit. Si
uero uapor aut nebula n ascenderit sz ad terram des
cenderit. ymbris principium nequaqm erit. Sic et
dum multa nebula in deum ascenderit oracois atqz
deuocionis ac. ymber mox cosequitur cosolacois
eterne ¶ unde. Hugo. de sancto. victore. Cumqz multa
oratio ascenderit. multa per consequens consolatio re
ascendit. Require In caplo de voto. Johanicius. ysa
goge. lib°. viij°. De disposicione organorum. Quacumqz igit
hora aut tempore aut momento corpus aerem
aut no emittit. aut n recepit. suffocatum protinus
morietur. Attestante pho. In lib°. De respiracoe qui
ait. et Theofrastus. In De parte sensitiua. vita inquit
in respiratione consistit. Sic quacumqz hora homo
suspiria oronis n fecerit. mors sibi protin9 imme
bit ¶ unde. Origenes. In. lib°. De ritu. eccia*rum*. mor
tem mox incurrim9. dum ab orone desistim9 aut
cessamus. Et huc usqz de orone. ysidorus. In. historiis
naturalib9. Formica quidem amissa uestigia sui itineris
ore suo querit. Sic peccator amissam uiam celestis
patrie. ore querat et inueniat oronis sedule et
deuote. Recurratur ad tabulam et ad registrum.

E.
F.
G.

Postquam igitur sufficienter determinatum est de hoc ele
mento .O. sumit consequenter agendum de hac littera.
P. Capitulum autem quod de ea videtur regere in registro

Constantinus in tractatu de naturis li. capitulo de
H. quidorum. Sanguis effusus ex sui quidem passione
naturali marcescere facit gramina atque herbas. Sic
sanguis passionis dominice ardorem in nobis desiccat
voluptatis et cupiditatis mundane ¶ Unde Jeronimus in
epistola ad paulam et eustochium. Omnem pulchritudinem
huius seculi aridam et deformem nobis facit passio
cristi. Philaretus in tractatu de naturis morborum
in occasu quidem solis sanguis qui in corporibus sunt
intus redit. testante etiam Constantino in libro de
I. melancolia qui ait. Ascendente sole ascendit et cru
or in corporibus universis. Vergente autem sole ad
occasum vergit ad interiora ipse sanguis. Cuius ratio
est ista ut ait Galienus in vi° meditamentorum libro. Motus
sanguinis sequitur motum solis. Cuius etiam signum est istam
ut refert. Eneus corpora humana in die aliqualiter ru
bescunt in nocte autem penitus expallescunt. Sic circa
occasum obitus nostri ad memoriam mentis nostre reducit
ipsa mors passio quoque cristi ¶ Unde Anselmus in
sermone. Omnino quidem in morte hominis sanguis ad
cor nostrum reducit dominice passionis. Regere de cristo
K. Comentator in libro de impressionibus aeris. Paciente
atque turbata superiore regione aeris. paciuntur et in
feriora se aliqualiter corpora universa. Cuius signum est
istam ut recitat Constantinus. Cumque regio aeris in
temperiem aliquam patitur. maior dolor in nobis augetur

sanguis turbatur. sed et ratio contristatur. Cuius ro e. quia uo
distemperato aere · distemperatur et in cunctis corpo
ribus pie cruor. ut probat ypocras In. libro epydimie.
Sic paciente cristo qui beatorum est regio et patria. cu L
pacientur et mox corda hominum immutat ¶ Unde. Cri
sostomus. super. mathei. maledicte aie. que non in cris
to passe fuerint passione. Recurre ad capitulum. De
Eukaristia. Alhazianus. In. sua perspectiva. Sole quidem flo
paciente eclipsim. multos morbos multa hoc anno
corpora pacientur. Cuius ro e. quia per eclipsim so
lis. grandis fit permutacio in natura. ut ostendit
Fontinus. In. descripcionibus mundi. Sic eclipsato christo
in sua felicissima passione. mox et nos omnes compaci
amur molestia et dolore ¶ Unde. Guido. In. Sermone M
Cumque cristus paciatur. maledictus homo. qui non et ipse
toto animo paciatur. Recurre ad capitulum De Cristo.
Theophilus. In. Breviloquio. diversarum. artium. Virga
per ignem tracta. flexibilior efficitur. et in restem
congrue adaptatur. Sic cristus per ignem traductus
acerbissime passionis. flexibilioris erga nos effectus est
pietatis atque clemencie seu amoris ¶ Unde. Augustinus
contra. faustum. tota vita patrie. igne emollitur cristi
acerbissime passionis. Archita. Tharetinus. In. libro. De. In
ventibus. In. statua. In cendio grandi facto. rubescit
perpendiculariter totum celum. Cuius ro dicta e supra N
Sic in incendio dominice passionis. tota condolunt et
compassa est regio patriaque celestis ¶ Unde Ambrosius
In. Exameron. O quantum flagicium humane miserie.
na passio quidem cristi cunctos deicat et turbavit
choros angelorum. sed mentes emollire non poterit peccatorum

Postquam igitur determinatum est de hoc elemento · pro
ximo consequenter agendum de hac littera · R · Et si
que de ea videntur capitula · requiratur in tabula.

Aristoteles. In libro. problematum. Omnia in capitulo de
O. temperies. magis semper quiescunt in meridie
die et in media nocte. Cuius ratio est. Quoniam unumquodque
res tunc magis quiescit. cum vincit aut cum vincitur
Sicut autem sit est quod in temperies aurarum vincuntur
in meridie. per virtutem et calorem solis. Vincunt
autem in media nocte. ob absenciam et defectum solis.
Sic universe mundi huius molestie finiunt et quiescunt
in nocte tribulationis et penitentie. atque in meridie amo
ris seu karitatis divine. Solinus. In libro Rerum. Aves
in alto volantes etere. quiescunt et ita non movent
P. alas. Sic et nos consistentes in altitudine huius vite. ab
omni motu cessamus et quiescimus bono opere et virtute
¶ Unde. ysidorus. In. De summo bono. Altitudo siquidem
temporalis dignitatis. quietem nobis efficit atque ac
cidiam in peccatis. Philosophus. In problematibus. Aque
stantes et quiescentes. citius computrescunt. Testante po
eta qui ait. Et putrescunt. in movendo aque. Cuius
causa ratio est sincera. Sic et mentes humane. in
bono torpentes et quiescentes opere. in eterna subito
computrescunt miseria et dolore ¶ Unde. haymo. super
apocalipsim. Mens que nunc a bono quiescit opere prop
Q. tunc quiescet supplicio et merore. Require de. ocio.
Fortunius. In descriptionibus mundi. Cumque post multum
laborem itineris quiescimus et surgimus. maiorem motum
in pedibus dolorem percipimus et sentimus. Cuius ratio
tangetur infra. Capitulo de virtute. Sic et nos

dum a bono incepto opere quiescimus. maiore mer
dolorem in reinchoando atque abstractum sentiemus.
¶ Unde Salustius. In Jugurtino. Dum quiescit ab
opere difficilius est inde ipsum poterit inchoare. Re
currite ad capitulum registratum De Accidia. Fontinus.
In descriptionibus mundi. Circa montes quietior existit
aer. Cuius ratio habita est supra. Sic sub fautorum confi
dentia quietior semper existit tranquillior quoque vita. R.
Avicenna. In libro De quatuor diluviis. Aqua quiescens
et stans lutum seu luteum fundum habet. Sic mentes
humane quiete in hac vita et torpore lutum in se con
trahent feculentie sempiterne. Plestorinus. In libro De
oceani circulo. Post quietem multam maris pestis
aut tempestas validior comitatur. Cuius ratio est ista quia
etiam existens mare multum sibi aerem intrahit et
imbibit qui ventorum existit principium. Sic post mul
tam quietem humane accidie tempestas sequitur in
fine sempiterne. ¶ Unde Haymo super Apocalipsim. Post quie
tem inquam mundane felicitatis et affluentie in quietu
do proveniet acquisitionis eterne. Philaretus. In
tractatu De statuis (?) morborum. Corpora quidem humana
que in continua sunt quiete multam materiam mor
bi contrahunt et agiris (?). Cuius ratio est. istam in talibus no
vit. Avicenna. In vi° meditationum libro. calor totaliter suf
focatur. Sic et mentes humane quiete in hoc seculo
et tranquillitate morbum sibi contrahent in vastitudine (?)
sempiterne. Cetera requiratur in tabula et registro.
Sufficienter igitur determinato de hoc elemento
Q. Nunc restat agendum de hac littera R. Et pri
mum quidem De Resurrectione. Capitulum ubi supra

Sufficienter igitur determinato · De hoc elemento · Desinit amplius prosequendum de hac litera · R · Et si aliquid videtur de eo capitula · requiratur · In · tabula

V. Albumasar · In · theorica · planetarum · Surgente Capitulum
at ascendente planeta aliquo in habitabili De · Rne ·
regione · conceptiones anno illo fiunt multe · Cuius ratio
tangetur infra · caplo · De · visione · Sic resurgente xpo
a mortuis · conceptiones uberiores accidunt celestis gratie et
amoris · Unde · Cassiodorus · Sup · ps · xl° · Tempore
quidem resurrectionis cristi · maior semper patet influxus
amoris refrigerii quam diuini · Commentator · In · lib° · De · Im
pressionibus · aeris · Surgente sole in suo ortu · surgunt et
protinus ipse nubes · Cuius ratio est quoniam ut refert Al
X. lexander · sup · 3m · Methaurorum · In nocte aer vehementer
humidus est effectus · Sol igitur oriens vaporem et hu
morem collectum attrahit de aeris regione · Sic et re
surgente cristo a mortuis · resurgemus et nos a pra
uitatibus uniuersis · Unde · Origenes · In · lib° · De · Ri
tu · Ecclesiarum · Nulli ad salutem cristi proderit resurrec
tio · nisi et ipse homo resurrexerit a peccato · Constantinus · In
tractatu · De · naturis · lapidum · Surgente sole supra
orizontem mundi · surgit protinus et ascendit versus
caput sanguis in corporibus vniuersis · Cuius ratio est quoniam
Y. motus sanguinis sequitur motum solis · ut ostendit · Avi
cenna · In · vi° · Medicinalium · libro · Sic resurgente cristo
ad orizontem eternitatis · tota et in ipsum consurgat de
uocio karitatis · Unde · Ambrosius · In · Exameron · Tempore
quidem resurrectionis domini · tota et in ipsum surgat
deuocio cordis nostri · Aristoteles · In · lib° · De · Re
gimine · principum · ad Alexandrum · Egritudinem semper af



fert. dum quis oriente solari lumine in stratu permanserit et sopore. testante philareto. In libro. De. Regimine sanitatis. qui ait. Sompnus profundus circa ortum solis. nocivus est complexionibus universis. Vigilare autem in mane. sanitati et utilitudini summe confert. Cuius eciam ratio tangetur infra capitulo De visione. Z.
Sic et mortem infert anime. dum quis in gloriosa cristi resurreccione in accidia persisterit aut sopore. unde. Origenes. In libro. De. Ritu. Ecclesiastico. Gens iniqua illa digna est morte perpetua. que in cristi resurreccione ingrata fuit et indigna. Alfarabius. In libro commentorum. Ros in aquarum nemeris in ortu solis velud nebula protinus sursum redit. Cuius signum est. Item ros et cetera. quemadmodum supra. In capitulo registrato De devocione. Sic cristus postquam in aqua mundane tribulacionis venit. post passionem mox suam. ad regnum beate patrie resurrexit. unde. Beda. In omelia. a.
Cristus necesse debuit pati voluit. quibus actis resurrexit. atque ad celeste solium remeavit. Architas. Tharentinus. In libro De Eventibus. In Natura. Vas aureum rore plenum. optimeque oppertum. quantumcumque in profundis terre specubus absconditur. succedente tamen tempore supra terram elevatur. Sic cristus quantumcumque post suam passionem sub terra latuerit. tandem tamen a mortuis resurrexit. Notandum autem circa prehabita quod in idem redeunt capitulum De Ascensione. et De Resurreccione. Sed de hoc require In tabula et registro. b.

Postquam igitur determinavimus de hoc elemento. R restat deinceps prosequendum de hac littera S. Et si quid videtur de esse capitula. requiratur in tabula et Registro.

Sufficient' igitur determinato de hoc elemento: Sequitur consequenter agendum. De hac li(ttera) a. R. S. Et primo quidem. De Sanctis. ad q(uos) reducendi s(unt) R(egul)e

Commentator. In libro. De impressionib(us) aeris. nubes ca(p)i(tul)o de sup(er) regionem siccam (et) calidam assumuntur Sanctis.

·C· testante Anempite. sup(er) 3(tiu)m orethiratoru(m). qui ait. q(uod) nubes ser modis annichilatur. Primo quide(m) aut quia regio nubium sicca est (et) calida vehement(er). ut ante dictu(m) est. aut quia nubes ymbrem emiserunt totu(m). aut q(uia) nubes resolvuntur in aerem. aut quia nubes virtute stellarum sunt sursum tracte. Aly duo modi tacti sunt sup(ra). Sic sancti sup(er) calidos uel felices in hoc seculo. in suo desiccatur auxilio uniuerso ¶ Unde. Origenes. In lib(r)o De princip(iis). ecclesiasticum. Dum felices fuerit in hoc seculo. scos

·D· dei destituent auxilio uniuerso. philosophus. In problematib(us). In quantacumq(ue) constituti sumus tenebris. accedentes tamen ad parietes. presentamus. Cuius vero est. q(uia) aer circa parietes tranquillus est. quemadmodum aer circa montes. (et) circa litora ipsa aqua. Sic in quantacumq(ue) peccatorum caligine constituti simus. Dum tamen ad scos dei deuote accedimus. ipsoru(m) fauorem (et) auxilium mox sentimus ¶ Unde. Remigius. In Sermone. Quantumcumq(ue) quis peccator fuerit. ad sanctos tamen confugiens. a timore quolibet tutus erit. ptholomeus. Aliud est. Primo. Natura hec est siderum. ut aquas pertrahat

·E· extra terram. testante Auicebron. In lib(r)o fontis vite. qui ait. fons maris atq(ue) aquaru(m) o(mn)ium est Symus (et) abyssus terre. Virtute aut quarundam stellaru(m). aqua coolatur (et) pertrahitur extra terram. Sic mos iste est sanctoru(m). ut virtute suoru(m) meritoru(m). ut malu(m) a

nobis distrahebant minutum ¶ Unde. Cassianus. In libro
collacionum seniorum. primo. Sanctorum hoc proprium est de il
latis sibi iniuriis nullatenus vindicare. sed mala a nobis
omnia sua virtute et merito elongare. Cetera. De apibus.
Plinius. In Speculo. naturali. In estu quidem vallido — F.
nubes vehimentur altius versus celum. Tempus vero est
plenam nubes in subalti aere. tolluntur altius. In estu
autem vallido aer subtilior demonstratur. Sic sancti in
estu quidem siue tribulacionis et angustie. in regionem
tolluntur altius beatitudinis sempiterne ¶ Unde. haymo
super actus. apostolorum. Sancti quippe quanto magis pre
muntur in hoc seculo. tanto magis appropinquant ipsi
celo. Theophilus. In Breuiloquio. Diuersarum. Arcium
Pannus humidus. inter manus pressus vallide. totum
quem in se habet extillat humorem. Sic sanctorum
quisque. manibus pressus virtutum atque bonorum operum
fauorem emanando salutiique mirandum ¶ Unde. Au — G.
gustinus. In Epistola. ad. volusianum. Sanctorum quippe
imploramus auxilium. manum bonorum operum et virtutis
requirere. De apibus. Architas. Tharentinus. In libro.
De Fuenabus. In. Natura. Lignum igne vstum. in ex
tremitatibus suis. quandam videtur extillare guttam
medicine quite aptam. Sic sanctorum omnis igne
adustus deuocionis aie. guttam nobis emittit
consolacionis interne ¶ Unde. Origenes. In libro — H.
De Ritu. Eeclesiarum. Deuocione attendamus. ad
sanctos. et fructus vite summus innuimus. Constantinus
In. Tractatu. De Naturis. liquorum. Lacte aspersa gra
mina virent. sanguine vero arent. Sic sancti lacte
deuocionis aspersi. virorem maiorem preferet ac

lestis consolationis et gratie. nostre autem in honoritati in
gratitudinis sangue. in sua arescent ergo nos pre(?)tite
¶ unde. Origenes. In libro. De ritu. Ecclesiarum. Se[illegible]
munerum devotionem nostre. ymbrem refundunt celestis
I. consolationis. ingratitudinem autem et negligentie. vitem
reddunt pene parit et vindicte Commentator. In libro De
impressionibus. aeris. In vehementi quidem frigore im
bes inimores existant terre. Cuius ratio multiplex
a philosophis assignatur. Dicit enim Avempace In com
Nota. mento. eo. quod nubes frigore naturaliter aggregatur. Nu
bes igitur aggregate. inherent vicinius ipsi terre
Themistius. Ait. In Summa. naturalium sic ait
Constat quidem vapores esse in frigore grossiores
Nubes igitur cum nil aliud sit quam vapor. ideo gros
K. sioris est materie in frigore quam calore. Quod autem
grossium fuerit. naturaliter appetit ymum centrum. Quam
obrem nubes terre magis in frigore sunt vici
ne. Et hanc rationem quidam tenent. Avicebron. autem
In libro fontis vite sic ait. Nulli dubium quin virtus
celi sursum pertrahat naturaliter ipsas nubes. Que
Nota. quidem virtus dum validum ad est frigus. a suis
actionibus et attractionibus impeditur. Hoc quoque philosophi
approbant. Alpharabius. tandem. In libro commentorum
ait. nivem esse graviorem quam vaporem. In veheme
Nota. I. ti igitur frigore. nubes nive sunt plene. Alexander
aut super 2m Methaurorum sic ait. Semper quidem gravius
est hoc quod est frigidum quam quod calidum. Nubes autem
in vehementi frigore sunt frigide. quare propter terre vicinius
in climate Sufficiat ergo ostensum esse quod in vehementi

frigore. nubes vicimores existant terre. Sic in vehe-
menti frigore inundatione tribulationis. sancti vicimores
sunt hominibus universis ¶ unde Cassianus. In libro colla-
tionum sanctorum. primo. Quanto maior tribulacio.
tanto sancti prestantiores sine auxilijs huic mundo
Theophilus. In breviloquio diversarum. [illegible]. Cumque — M.
gladio manus decidatur hominum. mox ipsam manum ut
medulla exeat. ad parietes verberet et allidat. Cuius
racio est. quia tunc putrefiunt membra talia. nisi
medulla expressa fuerit quidem tota. ut ostendit phi-
laretus. Sic quibus manus decidatur operationis vir-
tuose. sanctos mox pulsent pro accipiendo auxilio
et favore ¶ unde Sidonius. In epistolari. Cum fa-
cultatem amiserit boni faciendi operis. mox tota de- — N.
vocione se mittatur ipsis sanctis. philaretus. In trac-
tatu. De naturis corporum. Umbra montium. sanat
eos qui ex humore superhabundantis calore in corpore
in frigore infirmantur. Cuius ratio est. quia umbra poros
claudit corporum. ne id quod calens in corpore fuit.
evaporari quidem possit. Quo non evaporato. super-
habundare amaritudo calore numquam potest. Quem ad-
modum ostendit constantinus. In tractatu. De ypocun-
driaca passione. Sic et umbrosa sanctorum protectio. ab
morbo sanat hominem tam incentiis quam corporis immissis[?] — O.
¶ unde. Hugo. De sancto victore. Nil prorsus umquam
nisi in minere[?] poterit. quod sanctorum intercessio abige-
re repellereque non possit. Centobius. In libro. De situ.
orbis. Quod terra pendet in medio aere. et cadere non
potest. hoc ideo provenit. quia a stellis undique equa-
liter attrahitur et tenetur. Circa quod advertendum.

quod nemo ambigit. quod terra pendeat et sustentetur
in medio. Et huius effectus causam philosophi varia
assignaverunt. Dicit enim Simplitius. In libro commentorum
terram fore dispositam sicut semicirculum. ut super pla-
P. niciem suam natare posset. in tumore autem eius homines
habitarent Themistius vero in summa naturalium. Enarrim.
terram ostendit dispositam sicut tympanum. ut quan-
tum autem sit ex omni sui parte natare possit super
aquas. Et huic sententie quam plurimi innituntur. Avicebron
autem. In libro fontis vite. dicit adeo velocem esse motum
primi mobilis quod per velocitatem minima vi sua firmamenti
terra pendeat in medio et eadem nunquam cadere possit.
Alfarabitius. tandem. In scientia perspectiva sic inquit.
terra ideo pendet in medio. quia gravis. Nam si levis
Q. esset. forsitan caderet. Et huius ratio est. Nam primum ex
ypothesi hoc presuppono. quod quidquid est versus celum hoc
esse sursum. Nunc autem, sic est quod si terra caderet. necessa-
rio sursum caderet. quia versus celum caderet. nul-
lum autem grave sursum cadit Centobius. igitur. In libro
de Giro orbis arbitratur hoc esse stellarum syderum quoque
effectum. Necadmirum supra tactum est. Sed quod hodierna
die totus persistit mundus in suo vigore et esse. hoc
a sanctorum provenit efficacia et virtute ¶ Unde
haymo. super Apocalipsim. Estimo quod deus dudum mundum
totum in nichilum redegisset. nisi sanctorum virorum oratio
R. intercessisset. Ypocras. In libro Epidimiorum. antequam enim
Aluinus adveniat pestilentia regionis. multus in ea
avium convolatus. huius autem ratio habita est supra. Appli-
cationem autem huius require. In capitulo de apostolis.
in prefatione. Hec usque de Sanctis. Supra vero plura.

Sufficienter igitur determinato de hoc elemento. S. Sunt consequenter agendum de hac littera T. Et primum quidem de trinitate. Cetera autem capitula registrata de T. que et de ee inveniuntur ipsis qui huius libri carent notitia requirantur infra in tabula et registro. Quemadmodum infra patebit. et prout supra annotatum est videlicet de tribulatione

Archita tharentinus in libro de euentibus cap° de in natura terribilis somnus accidit ex con-trinitate cussione asseris super carbonem ignitum et vermen subtus aliquem applicatum. Sic et totus mundus intonuit ex fragore patris et filii spiritus quoque sancti ¶ Unde Bi-sarius libro suo de trinitate totus mundus intonuit eo verbo Ego et pater unum sumus. Item Bab. In no. p. et fi. et s. s. Allexander super i° phisicorum. Hec inquit sunt principia mathematica omnis rei ipsa videlicet trina dimensio. Latum longum et profundum. Sic principium in omnibus creaturis est trina personalitas in divinis. quia pater filius et spiritus sanctus. Ille enim longitudo ob potentiam. hic profundum ob sapientiam. iste latum ob iocunditatem quam confert et gratiam ut asserit Aug. Philaretus. In tractatu de naturis morborum. Ubimus quidem omne quod ad mortem vergit. tribus ultimis digitis est cum tangendum. scilicet medio. fido. et ultimo. Cuius ratio dupliciter est reddenda. Dicit enim Constantinus. In libro de melancolia quod primi digiti a corde procedunt. Quamobrem minus morbidi. Constantinus vero dicit quod anteriores digiti ad tangendum sunt frequentiores ceteris. Dicit igitur Galienus. manus esse venenosas ob frequentem tactum. Sic ubimus humane ignorantie. tribus erat tangendum personis divinitatis excelse ¶ Unde Damascenus.

In libro contra errores Grecorum. Non erat modus convenientior quo humana fragilitas in cognicionem divinorum duceretur quam divinarum trinitas personarum.
Fonenius. In descripcionibus mundi. Mandragore quidem postquam lacte aut humano perfusa fuerit sanguine. mox mamas. caput et pedes ex se profert. Nec mirum quia dicunt cum nobis expertissimi medicorum. quod in eo loco ubi mulier aliqua suspendatur. herba quedam nascitur habens totam disposicionem effigiemque humanam. quam innumeri herbam et ipsi mandragoram vocant. Item refert. plinius. In Speculo naturali. quod dum homo aliquis in deserto ociosus longo iacuerit tempore. cornua quodammodo de ipsius capite generentur. quia talibus non sunt eventus nature. ut refert. Fonenius. Sic postquam divinitas lacte et sanguine humanitatis perfusa fuerat. mox visa est habere caput patrem. mamam que et filius et pedem. qui secundum augustinum congrue adaptatur spiritus sanctus ¶ Unde. origenes. In libro De fini litterarum. Permisteri congruum erat divinam naturam humano generi. ut humana ratio ingressum habeat in cognicionem patris et filii et spiritus sancti. Require. de Christo
philosophus. In libro. De motu. cordis. Cor humanum est fons sanguinis et caloris. Circa quod advertendum quod quidam dicunt fontem sanguinis fore ipsum epar quidam vero ipsum cor. Constantinus. ipsum epar fontem sanguinis esse asserit et caloris. Cor autem ipse. Commentator
Sic cor ipsum divinitatis pater est fons et origo. filii et spiritus sancti ¶ Unde. Ysidorus. In Sermone. Pater

quidem in divinis est sicut cor in corpore animalis. sicut enim
cor in homine aut in animali. sic pater principium dicitur
verbi sui et spiritus sancti Nestorius. In libro De oc-
ceani circulo. Sunt fontes in achaia qui ignem in se
habent. sed et frigus aliquatenus et humorem. Ignem a
quidem. Nam corpus in ictum accenditur. Frigus autem
habent et humorem. Nam corpus accensum eis dicitur
protinus extinguitur. Sic nos in sciencia humane
videndum rationem. si in eodem fonte divinitatis pre-
sit filius atque spiritus sanctus ¶ Vide. Augustinus
In epistola ad volusianum. Si humana ratio frivolos
ob inferret argumenta. manuducatur utique ad cogno-
scendam trinitatem in divinis. patrem. filium et spiritum
sanctum. Theofrastus. In De parte sensitiva. corporis b
speculum. cum oculus sit unus et idem. tribus tamen can-
cellatis digitis. tria esse veraciter tactu demonstratur
Sic quamvis una et eadem sit atque indivisibilis seu
impartibilis essentia deitatis. tactu tamen huma-
ne rationis tribus tribuitur in personis ¶ Vide
Ambrosius In Exameron. fateor et ego unum esse deum
sub nomine tamen tribus rite sancientissimeque distinc-
tum. Comentator In libro De Impressionibus aeris. Unum
eius sunt tonitruum. fulmen. rupto quoque nubis. Nisi
quod illud videtur prius. hoc autem auditur posterius c
cuius ratio est. Nam visus nobilior est et prior quam auditus
quam ob rem obiectum visus prius est. quam obiectum ip-
sius auditus. ut ostendit In De sensu et sensato Aristoteles.
Sic unus et idem est pater tonans. filius fulminans.

z spiritus sanctus. ex utroque manans ¶ Unde. Damasce. 9
In. lib. Cont. Errores. Grecorum. Idem e pater filius
filius z spiritus. quamuis qui in babtismo conabeto
esse pater. z qui filium habit sententiam sit filius.
D. z qui ab utroque emanat sit spiritus sanctus. ¶
Algazel. In. tractatu. De forma speculi. Cumque spe
culum fonti inmergitur ad feruorem solis. tria mox
visu se ostendunt. speculum videlicet. z sol z stella.
Videtur enim intra speculum quedam stella preter
ipsum solem. Et quidem contingit ut ait. cometa ex
reflexione solarium radiorum. Sic dum speculum illud
diuinitatis fonti cognitionis nostre inmergitur. mens
mox ipsa relucet trinitatis personarum. patris videlicet z filii
spiritus quoque sanctus ¶ Unde Dionisius. In. lib. De di
E. uinis. nominibus. Vera inquit z non ficte cogitacione ra
cionis humane. trinitas relucet diuinitatis excel
se. Evax. In. lib. De sigillis lapidum. Inuenitur quidam
lapis. qui in una sui parte trahit ferrum. in alia uero
sui parte. a se pellit ferrum. Per que datur intel
ligi. quod non ambiguum esse debet humane racioni
si in una atque eadem diuinitate. uno in respectu
sit pater. in alio filius. z eundem spiritus sanctus
¶ Unde. Cassianus In. lib. collacionum. sextum primi. Videlicet
inquit humana fragilitas unitatem atque eandem in dis
F. tinctam quod creatura. aliud esse potentias alias quod
